# S. EUSEBII HIERONYMI

STRIDONENSIS PRESBYTERI

# DE VIRIS ILLUSTRIBUS[1]

## LIBER

# AD DEXTRUM PRÆFECTUM PRÆTORIO.

**Adjuncta versione antiqua Græca quam sub Sophronii nomine Erasmus edidit**

## PROLOGUS.

**821** Hortaris me, Dexter[2], ut Tranquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris[3] fecit illustribus, ego [*Al.* id ego] in nostris faciam, id est, ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii imperatoris annum, omnes qui de Scripturis sanctis memoriæ aliquid prodiderunt, tibi breviter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos, Hermippus Peripateticus[4], Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus. Apud Latinos autem Varro[5], Santra, Nepos, Hygi-

A **822** Προτρέπῃ, Δέξτρε, ὥστε Τραγκύλλῳ ἑπόμενόν με, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς συγγραφέας κατὰ τάξιν ἐκθέσθαι, καὶ ὅπερ ἐκεῖνος ἀπαριθμούμενος τοὺς περιφανεῖς ἄνδρας, τούς τὰ ἐθνικὰ συντάξαντας πεποίηκε, κἀγώ ἐν τοῖς ἡμετέροις ποιήσω, τοῦτ' ἔστιν, ἀπό τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἄχρι τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, πάντας τοὺς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν συγγραψαμένους τι, καὶ τῇ μνήμῃ παραδεδωκότας, διὰ βραχέων φανερώσω. Πεποιήκασι μὲν οὖν τοῦτο αὐτὸ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν Ἕρμιππος περιπατητικὸς, Ἀντίγονος Καρύστιος, Σάτυρος ἀνὴρ πολυμαθὴς, καὶ πολλῶν

[1] De hac scriptorum ecclesiasticorum Catalogo disputavit sæpius Hieronymus. Primum de titulo ejus in epistola ad Augustinum scripta, cujus initium: *Tres simul epistolas*, etc. « Dicis, inquit B Hieronymus, accepisse te librum meum a quodam fratre, qui titulum non haberet, in quo scriptores ecclesiasticos, tam Græcos quam Latinos, enumeraverim. Cumque ab eo quæreres, ut tuis verbis utar, cur liminaris pagina non esset inscripta, vel quo censeretur nomine, respondisse appellari *Epitaphium*, et argumentaris, etc. Ergo hic liber vel *De Illustribus Viris*, vel proprie *De Scriptoribus ecclesiasticis* appellandus est: licet a plerisque emendatoribus imperitis, *De auctoribus* dicatur inscriptus. » Secundo de Dextro, cui liber inscribitur, hæc habet idem Hieronymus lib. II *Apologet. adversus Rufinum:* « Ante annos ferme decem cum Dexter amicus meus, qui præfecturam administravit prætorii, me rogasset ut auctorum nostræ religionis ei indicem texerem, » etc. Tandem in epist. ad Desiderium, quæ Incipit: *Lecto sermone*, etc., ita disserit: « Scripsi librum De Illustribus Viris, ab apostolis usque ad nostram ætatem, imitatus C Tranquillum, Græcumque Apollonium: et post Catalogum plurimorum, me quoque in calce voluminis quasi abortivum et minimum omnium Christianorum posui: ubi mihi necesse fuit usque ad decimum quartum annum Theodosii principis, quæ scripserim, breviter adnotare. » Præfatione Commentariorum in Jonam dicit similiter se scripisse librum *De Viris Illustribus*. Nihil itaque addere possumus ad perfectam hujus operis distinctamque notitiam, cum tituli et inscriptionis, tum temporis et scriptionis ejus. MARTIAN.

[2] Ita Veronensis ms. omnium antiquiss.; alibi *me* desideratur. Porro hunc *Dextrum*, cui liber iste inscribitur, *præfectum prætorio*, laudat ipse Hieron. supra lib. II in Rufinum, deque eo multa Gothofredus in cod. Theodosiani Prosopographia.

[3] Notatum est doctis viris Græca, τοὺς τὰ ἐθνικὰ συντάξαντας, eos proprie designare, qui de vocabulis unius alicujus gentis scripserunt, nec bene respondere Latino textui, *gentilium litterarum viris*, puta grammaticos, rhetores, poetas, quos Suetonius recensuit.

[4] Smyrnæus videlicet, quem et Josephus lib. contra Apionem vocat *virum omnis historiæ diligentissimum indagatorem*, et multi ex antiquis laudant. Ab Antigono scriptas philosophorum Vitas Athenæus et Laertius testes sunt. Satyri meminit ipse Hieron. alibi II lib. in Jovinian.: *Satyrus, qui illustrium virorum scripsit Historiam*. Denique Aristoxeni Βίοι ἀνδρῶν a Plutarcho et Gellio celebrantur.

[5] Priores sex Antiquitatum rerum humanarum putantur *Varronis* libri innui. *Santræ* meminit Donatus in Terentii Vita, aliique. *Nepotem* nostrum, scriptorem elegantiss., nemo non novit. Denique

πάνυ διδασκαλικώτερος, Ἀριστόξενος, μουσικός, παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις Βάῤῥων, Σάντρας, Νέπως, Ὑγῖνος, καὶ οὗ εἰς ὑπόδειγμα ἡμᾶς προκαλεῖσθαι βούλει, Τράγκυλλος. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν μὲν γάρ, παλαιὰς ἱστορίας καὶ τὰ ἑκάστου ἔτους ἀνακυλίοντες συντάγματα, ἐδυνήθησαν ὡσανεὶ ἐκ μεγάλου λειμῶνος ἐλάχιστον γοῦν τοῦ οἰκείου ἔργου στέφανον πλέξαι. ἐγὼ δὲ τί διαπράξομαι, ἡγουμένῳ ἑπόμενος οὐδενί, ἀλλ' ἐμαυτὸν κάκιστον, ὡς ὁ λόγος φησί, διδάσκαλον ἔχων; εἰ καὶ τὰ μάλιστα Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου εἰς δέκα τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας βίβλους μεγίστην ἡμῖν παρέσχετο βοήθειαν, καὶ τὰ ἑκάστου, περὶ ὧν συγγράφειν μέλλομεν, τεύχη, ὑπὲρ τῶν οἰκείων τὴν μαρτυρίαν παρέξουσι χρόνων. Τοιγαροῦν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δέομαι, ἵν' ὅπερ ὁ σὸς Κικέρων, ὁ ἐν τῷ ἄκρῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς εὐγλωττίας ἱστάμενος, ποιῆσαι οὐκ ἀπηξίωσεν, **823** εἰς Βροῦτον, τὸν τῶν ῥητόρων τῇ Ῥωμαϊκῇ γλώττῃ συντάττων κατάλογον, τοῦτο ἐγὼ ἐν τῷ ἀπαριθμήσασθαι τοὺς συγγραφέας τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας ἐκπληρώσω νιὰ τῆς σῆς προτροπῆς. Εἰ δέ τινες ἐκ τῶν ἄχρι τήμερον συγγεγραμμένων παρ' ἐμοῦ ἐν τῷδε τῷ τεύχει παρελείφθησαν, ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ ἐμοὶ ἐπιγραφέτωσαν. Οὐδὲ γάρ ἀποκρυπτόντων αὐτῶν τὰ ἴδια συγγράμματα, γνῶναι ἐδυνήθην οἷς οὐκ ἐνέτυχον, καὶ ὅπερ ἄλλοις ἔσθ' ὅτε γνωστὸν τυγχάνει, ἐμοὶ ἐν τῇ τοῦ κόσμου τούτου γωνίᾳ ἄγνωστον ὑπῆρξεν. Ὅμως ὅταν κατάδηλοι διὰ τῶν οἰκείων γένωνται συγγραμμάτων, οὐχ ὡς τὰ μέγιστα βλαβέντες τὴν ἡμετέραν ἐπιστενάξουσι σιωπήν. Μαθέτωσαν τοιγαροῦν Κέλσος, Πορφύριος, Ἰουλιανὸς οἱ λυσσώδεις κατὰ Χριστοῦ κύνες, μαθέτωσαν οἱ τούτων ἀκόλουθοι οἱ νομίζοντες τὴν Ἐκκλησίαν μήτε φιλοσόφους καὶ εὐφραδεῖς, μήτε τινὰς ἐσχηκέναι διδασκάλους, ὅσοι καὶ πηλίκοι ἄνδρες ταύτην θεμελιώσαντες ᾠκοδόμησάν τε καὶ διεκόσμησαν, καὶ παύσωνται τὴν ἡμετέραν πίστιν ἀγροικικῆς μόνον εὐθύνειν ἁπλότητος, οἰκείαν μᾶλλον ἀμαθίαν ἐπιγνωσόμενοι.

nus, et ad cujus nos exemplum provocas. Tranquillus. Sed non mea est et illorum similis conditio: illi enim historias, veteres annalesque replicantes, potuerunt quasi de ingenti prato non parvam opusculi sui coronam texere. Ego quid aucturus, qui nullum prævium sequens, pessimum, ut dicitur, magistrum memetipsum habeo? Quanquam Eusebius Pamphili in decem Ecclesiasticæ Historiæ libris maximo nobis adjumento fuerit, et singulorum, de quibus scripturi sumus, volumina ætates auctorum suorum sæpe testentur. Itaque Dominum Jesum Christum precor, ut quod Cicero tuus, qui **824** in arce Romanæ eloquentiæ stetit, non est facere dedignatus in Bruto, oratorum Latinæ linguæ texens catalogum, id ego in ejus Ecclesiæ scriptoribus[1] enumerandis, digne cohortatione tua impleam. Si qui autem de his qui usque hodie scriptitant [*Al.* scripserunt], a me in hoc volumine prætermissi sunt, sibi magis quam mihi debebunt [*Al.* debent] imputare. Neque enim celantes scripta sua, de his quæ non legi[2], nosse potui, et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo (Bethleemi) fuerit ignotum. Certe cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii dispendia [*Al.* dispendio] suspirabunt. Discant ergo Celsus, Porphyrius, Julianus[3], rabidi adversus Christum canes, discant eorum sectatores (qui putant Ecclesiam nullos philosophos et eloquentes, nullos habuisse doctores) quanti et quales viri eam fundaverint, exstruxerint [*Al.* struxerint], et adornaverint; et desinant fidem nostram rusticæ tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam agnoscant. Vale in Domino Jesu Christo[4].

—

## INCIPIUNT CAPITULA[5] LIBRI [*Al. tacet* Libri].

I. Simon Petrus.
II. Jacobus frater Domini.
III. Matthæus, qui et Levi.
IV. Juda frater Jacobi
V. Paulus qui [*Al.* et] ante Saulus.
VI. Barnabas, qui et Joseph.

*Hyginum* non eum putato, cujus veteris Mythologiæ liber circumfertur, sed vetustiorem alium Augusti libertum, quem Gellius laudat lib. II, cap 21. Paulo post Martian. *provocas*, refragantibus mss.

[1] *In Ecclesiæ illius scriptoribus*. Codex ms. eminentissimi card. Ottoboni legit hoc loco, *in ecclesiasticis scriptoribus*; sed unus est sensus in utraque lectione. Martian. — In aliquot mss., Martianæo et Gravio testibus, melius habetur *in ecclesiasticis scriptoribus*.

[2] Ita præferunt satis recte mss. quibus et impressi omnes libri et Græca concinit interpretatio. Unus penes Fabricium Mosocensis cod., *Qui longe sunt*.

[3] *Discant ergo Celsus*, etc. Perniciosissimi hostes Ecclesiæ Christianæ fuerunt isti tres sæculi sapientes et philosophi quorum Celsum scriptis Origenes profligavit; Porphyrium Methodius; et Julianum Cyrillus Alexandrinus. Martian.

[4] Veronensis lib., *Vale in Domino Jesu Christo* In aliis hæc salutatio prætermittitur, quæ nec. habetur in Græco.

[5] *Incipiunt Capitula*. Hunc Catalogum descripsi ex vetustissimo ms. codice S. Germani a Pratis, et altero abbatiæ Cluniacensis. Varias interdum habent lectiones, sed levioris momenti: v. gr. num, 58 codex Sangermanensis legit hæc tantum, *Adamantius presbyter*. Num. autem 109, non habet in Didymo vocem Græcam ὁ βλέπων, id est, *Ille videns*. Denique num. 129 legit, *Joannes episcopus*. Rursum codex Cluniacensis num. 132 nihil aliud retinet præter vocem *Dexter*. Num. similiter 82 antea omittit in Reticio verbum *Eduorum*. Sed hæc hæc aut nullius aut levioris sunt momenti; nec eorum mentionem fecissem, nisi curiosos lectores etiam minima docere officiosum esset. Martian.

VII. Lucas evangelista.
VIII. Marcus evangelista.
IX. Joannes apost. et evang.
X. Hermas [*ms. reliqua tacet*], ut ferunt Pastor, auctor libri.
XI. Philon Judæus.
XII. Lucius Annæus Seneca.
XIII. Josephus Matthiæ filius.
XIV. Justus Tiberiensis.
XV. Clemens episcopus.
XVI. Ignatius episcopus.
XVII. Polycarpus episcopus.
XVIII. Papias episcopus.
XIX. Quadratus episcopus.
XX. Aristides philosophus.
XXI. Agrippa, qui et Castor [*ms.* Castoris].
XXII. Hegesippus historicus.
XXIII. Justinus philosophus.
XXIV. Melito episcopus.
XXV. Theophilus episcopus,
XXVI. Appollinaris episcopus.
XXVII. Dionysius episcopus.
XXVIII. Pinitus [*Al.* Pinytus] episcopus
XXIX. Tatianus hæresiarches.
XXX. Philippus episcopus.
XXXI. Musanus.
XXXII. Modestus.
XXXIII. Bardesanes hæresiarches.
XXXIV. Victor episcopus.
XXXV. Irenæus episcopus.
XXXVI. Panthænus philosophus.
XXXVII. Rhodon Tatiani discipulus.
XXXVIII. Clemens presbyter.
XXXIX. Miltiades.
XL. Apollonius.
XLI. Serapion episcopus.
XLII. Appollonius alius senator.
XLIII. Theophilus alius episcopus.
XLIV. Baccillus [Al. Bacchelus] episcopus.
XLV. Polycrates episcopus.
XLVI. Heraclitus episcopus.
XLVII. Maximus.
XLVIII. Candidus.
XLIX. Apion.
L. Sextus.
LI. Arabianus.
LII. Judas.
LIII. Tertullianus presbyter.
LIV. Origenes, qui et Adamantius, presbyter.
LV. Ammonius presbyter.
LVI. Ambrosius diaconus.
LVII. Tryphon Origenis discipulus.
LVIII. Minucius Felix.
LIX. Gaius.
LX. Berillus [*Al* Beryllus] episcopus.
LXI. Hippolytus [*Al.* Hypolitus] episcopus.

A LXII Alexander episcopus.
LXIII. Julianus Africanus.
LXIV. Geminus presbyter.
LXV. Theodorus, qui et Gregorius, episcopus.
LXVI. Cornelius episcopus.
LXVII. Cyprianus episcopus.
LXVIII. Pontius diaconus.
LXIX. Dionysius episcopus.
LXX. Novatianus hæresiarches.
LXXI. Malchion presbyter.
LXXII. Archelaus episcopus.
LXXIII. Anatolius episcopus.
LXXIV. Victorinus episcopus.
LXXV. Pamphilus presbyter.
LXXVI. Pierius presbyter.
B LXXVII. Lucianus presbyter.
LXXVIII. Phileas episcopus.
LXXIX. Arnobius rhetor.
LXXX. Firmiamus rhetor.
LXXXXI. Eusebius episcopus.
LXXXII. Recticius episcopus Eduorum.
LXXXIII. Methodius episcopus.
LXXXIV. Juvencus presbyter.
LXXXV. Eustathius episcopus.
LXXXVI. Marcellus episcopus.
LXXXVII. Athanasius episcopus.
LXXXVIII. Antonius monachus.
LXXXIX. Basilius episcopus.
XC. Theodorus episcopus.
XCI. Eusebius alius episcopus.
XCII. Triphilus episcopus.
C XCIII. Donatus hæresiarches.
XCIV. Asterius philosophus.
XCV. Lucifer episcopus.
XCVI. Eusebius alius episcopus.
XCVII. Fortunatianus episcopus.
XCVIII. Acacius episcopus.
XCIX. Serapion episcopus.
C. Hilarius episcopus.
CI. Victorinus rhetor Petavionensis[1],
CII. Titus episcopus.
CIII. Damasus episcopus.
CIV. Apollinaris episcopus.
CV. Gregorius episcopus.
CVI. Pacianus episcopus.
CVII. Photinus hæresiarches.
D CVIII. Fœbadius episcopus.
CIX. Didymus ὁ βλέπων.
CX. Optatus episcopus.
CXI. Acilius Severus, senator.
CXII. Cyrillus episcopus.
CXIII. Euzoius episcopus.
CXIV. Epiphanius episcopus.
CXV. Ephrem diaconus.
CXVI. Basilius alter episcopus.
CXVII. Gregorius alius episcopus.
CXVIII. Lucius episcopus.

[1] Perperam olim *Pictaviensis* legebatur.

CXIX. Diodorus episcopus.
CXX. Eunomius hæresiarches.
CXXI. Prescillianus episcopus.
CXXII. Latronianus episcopus.
CXXIII. Tiberianus episcopus.
CXXIV. Ambrosius episcopus Mediolan.
CXXV. Evagrius episcopus.
CXXVI. Ambrosius Didymi discipulus.
CXXVII. Maximus ex philosopho episcopus.
CXXVIII. Gregorius alius episcopus.
CXXIX. Joannes presbyter [1].
CXXX. Gelasius episcopus.
CXXXI. Theotimus episcopus.
CXXXII. Dexter Paciani filius, nunc præfectus prætorio.
CXXXIII. Amphilochius episcopus.
CXXXIV. Sophronius.
CXXXV. Hieronymus.

[1] Codex Sangermanensis, *Joannes episcopus*, male.

# INCIPIT LIBER.

## CAPUT PRIMUM.

**827** Σίμων Πέτρος, ἀπόστολος, υἱὸς Ἰωνᾶ, ἐπαρχίας, Γαλιλαίας, κώμης Βηθσαϊδὰ, ἀδελφὸς Ἀνδρέου ἀποστόλου, καὶ ἀηχηγὸς τῶν ἀποστόλων, μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας, καὶ τὸ κήρυγμα τῶν διασπαρέντων, καὶ ἐκ τῆς περιτομῆς πιστευσάντων, ἐν Πόντῳ, Γαλατίᾳ, Καππαδοκίᾳ, Ἀσίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ, νῷ δευτέρῳ Κλαυδίου ἔτει εἰς τὸ ἐκπολεμῆσαι Σίμωνα τὸν μάγον τῇ Ῥώμῃ ἐφίσταται, ἔνθα εἴκοσι πέντε ἐνιαυτοὺς τὸν θρόνον τῆς ἱερωσύνης κατέσχεν, ἕως τοῦ τελευταίου ἐνιαυτοῦ Νέρωνος, τουτέστι τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου, ἐφ' οὗ καὶ σταυρωθεὶς ἐμαρτύρησε, τὴν κεφαλὴν κατὰ γῆν ἔχων, τοὺς πόδας δὲ ἐν μετεώρῳ, φάσκων ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι, τὸν ὅμοιον τρόπον σταυρωθῆναι τῷ πάντων Κυρίῳ. Ἔγραψε δύο ἐπιστολὰς τὰς ὀνομαζομένας Καθολικὰς, ἀφ' ὧν τὴν δευτέραν οἱ πλείους οὐκ ἐγκρίνουσιν αὐτοῦ τυγχάνειν, διὰ τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν διαφωνίαν τῆς πρώτης ἐπιστολῆς. Ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον, ὃς

**828** Simon Petrus, filius, Joannis [1], provinciæ Galileæ, e vico Bethsaida, frater Andreæ apostoli (*Matth.* IV, 18), et princeps apostolorum, post episcopatum Antiochensis Ecclesiæ [2], et prædicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia (*I Petr.* I, 1), secundo Claudii imperatoris anno [3], ad expugnandum Simonem magum, Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit [4], usque ad ultimum annum Neronis, id est, decimum quartum. A quo et affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso [5], et in sublime pedibus elevatis [6]; asserens se indignum qui sic crucifigeretur ut Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ Catholicæ [7] nominantur: quarum [8] secunda a plerisque ejus esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed et Evangelium juxta Marcum [9], qui auditor ejus et interpres fuit, hujus

[1] *Filius Jonæ* legunt multi codices, etiam a Victorio inspecti, cui lectioni præter Græcam versionem Sophronii, favet recepta apud veteres hujus nominis interpretatio, nempe *Filius Columbæ*. Sed vide Joan. I, 42, et XXI, et 15 et seqq.

[2] Actor. XI, 20, constat Petrum Antiochiæ docuisse. Hieronymus, *in Galat.* c. II: « Primum episcopum Antiochenæ Ecclesiæ Petrum fuisse accepimus, et Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit. »

[3] Eusebius, lib. II, c. 14, *Hist.*: Ἐπὶ τῆς αὐτῆς Κλαυδίου βασιλείας.

[4] Eadem tradit in *Chronico*: « Petrus apostolus, cum primus Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam mittitur, ubi Evangelium prædicans XXV annis ejusdem urbis episcopus perseverat. » Sed cum de hisce XXV annis plurimæ quæstiones sint et sententiæ, præstat videre Pagium ad an. Christi 43, Baluzium in Lactantii librum *de moribus Persec.*, cap. 2, aliosque. E vetustioribus Rufinus, lib. II *Invectiv.*, numerat annos XXIV. Puta Christi 68.

[5] Iisdem omnino, quod mirum est, verbis S. Gaudentius Brixiensis de S. Petro et Paulo olim inter Zenonianos sermones XX: « Petrus crucifigitur, verso ad terram capite, et in sublime pedibus elevatis, asserens indignum se, qui ita crucifigeretur, ut Dominus suus. » Forte igitur isthæc ex antiquiore aliquo monumento desumpta sunt ab utroque, nam Hieronymum a Gaudentio exscriptum, etiamsi temporum ratio permitteret, minime est verosimile; sed neque eorum probatur opinio, qui ex actis apocryphis quæ sub Lini nomine circumferuntur, hæc repetunt.

[6] Euseb. *Hist.* lib. III, cap. 1, ex Origene, ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς.

[7] Minus recte legunt quidam mss. atque editi *canonicæ*.

[8] Vid. ad Hedibiam quæst. 11, ubi styli diversitatem in id confert quod *pro necessitate rerum diversis sit usus interpretibus*. Inter catholicas epistolas recensent Clemens Alexand in libb. Ὑποτυπώσεων, Athanasii Synopsis, et Nazianzeni carmen, in quo sacri libri percensentur.

[9] Vid. infra cap. 8, et Eusebium lib. III *Hist.*, cap. ultimo.

dicitur. Libri autem, e quibus unus Actorum ejus inscribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypseos, quintus Judicii [1], inter apocryphas scripturas repudiantur [2], Sepultus Romæ in Vaticano [3], juxta viam Triumphalem totius orbis [4] veneratione celebratur.

A μαθητὴς αὐτοῦ καὶ ἑρμηνευτὴς ἐγένετο, τούτου λέγεται εἶναι. Τὰ δὲ συγγράμματα, τουτέστι πρῶτον, ὃ ἐπιγέγραπται Πράξεις αὐτοῦ· δεύτερον, Εὐαγγέλιον· τρίτον, Κήρυγμα· τέταρτον, Ἀποκάλυψις· πέμπτον, Κρίσις, ὡς ἀπόκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται. Κηδευθεὶς δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐν τῷ Βατικάνῳ πλησίον τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπίκλην Τριουμφαλίας, μετὰ παντὸς τοῦ σεβάσματος παρὰ τῶν Ῥωμαίων θρησκεύεται.

## CAPUT II.

**829** Jacobus, qui appellatur frater Domini (*Galat.* I, 19), cognomento Justus, ut nonnulli existimant [5], Joseph ex alia uxore, ut autem mihi videtur, Mariæ sororis Matris Domini (*Joan.* XIX, 25), cujus Joannes in libro [6] suo meminit, filius, post passionem Domini [7] statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistolam, quæ de septem Catholicis est, quæ et ipsa ab alio [8] quodam sub nomine ejus edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem [9]. Hegesippus [10], vicinus apostolicorum temporum, in quinto Commentariorum libro de Jacobo narrans, ait: « Suscepit Ecclesiam Hierosolymorum post apostolos [11] frater Domini Jacobus, cognomento Justus. Multi siquidem Jacobi vocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, vinum et siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus fuit, nec unctus fuit unguento, nec usus balneo. Huic soli licitum erat [12] ingredi Sancta sanctorum: siquidem vesti-

**830** Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου, ἀπόστολος καὶ ἐπίκλην Δίκαιος, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, τοῦ Ἰωσὴφ ἀπ' ἄλλης γυναικὸς, ὡς, δὲ ἐμοὶ φαίνεται, B Μαρίας, ἀδελφῆς τῆς Μητρὸς τοῦ Κυρίου, εὐθὺς παρὰ τῶν ἀποστόλων Ἱεροσλύμων ἐπίσκοπος καταστάθεὶς, μίαν μόνην συνεγράψατο ἐπιστολὴν, ἥτις τῶν ἑπτὰ Καθολικῶν τυγχάνει, καί τινες παρ' ἑτέρου τινὸς ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ ἐκδεδόσθαι ταύτην φάσκουσι, καὶ κατὰ βραχὺ τοῦ χρόνου προϊόντος, αὐθεντίας τινὸς ἐπελάβετο. Ἡγήσιππος γείτων τῶν ἀποστολικῶν χρόνων ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῶν Ὑπομνημάτων περὶ Ἰακώβου διηγούμενος, ἔφη· « Ἐδέξατο τὴν Ἐκκλησίαν Ἱεροσολύμων μετὰ τοὺς ἀποστόλους, ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος ὁ ἐπικληθεὶς Δίκαιος, διὰ τὸ πολλοὺς καλεῖσθαι Ἰακώβους. Οὗτος ἐκ γενετῆς ἅγιος ἦν, οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιε, κρεῶν δὲ οὐδὲ ἑτέρου θυτοῦ οὐ μετέλαβε πώποτε, οὐδε ἐκείρατο, οὐδὲ ἀλείμμασιν ἢ λουτροῖς προσωμίλησεν. Ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ εἰσελθεῖν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἐσθῆτι ἐρείνῃ μὴ κεχρημένῳ, ἀλλὰ

[1] Apud Eusebium lib. III, cap. 3, unde hæc sumpsisse videtur Hieronymus, libri *Judicii* nulla mentio est. At meminit Rufinus in Symbol. *Libellus, qui dicitur Pastoris, sive Hermetis, qui appellatur Duæ Viæ, vel Judicium Petri*. Sic forte appellatum est *Judicium Petri* ex II Petri I, 11 et seq. Judicium autem ea ratione dicitur, quo Prodicus olim Judicium Herculis de duabus viis, altera virtutis, altera voluptatis, descripsit.

[2] Sic etiam in Græco ἀποδοκιμάζεται. Sicque Suffridus Petri, Martianæus, cod. Gemblacensis aliique. Olim erat *reputantur*.

Vid. Euseb. lib. II, cap. 25.

Sic Martianæus ex tribus optimæ notæ cod. Alii mss. atque editi, *urbis*, quibus suffragatur et Græca versio. — *Totius orbis*, etc. Hoc modo legit codex S. Germani et mss. S. Martini Sagiensis, et S. Cygiranni retinent quoque *orbis*: cæteri cum editis legunt. *Totius urbis veneratione celebratur*. MARTIAN.

[5] Puta Eusebium lib. II, et Ambrosium in I cap. ad Galat. Vide Hier. contra Helvid. num. 13, et quæ ibi adnotavimus. Ejus sententia, qua Jacobus frater Domini dictus creditur, quod ejus esset consobrinus præ cæteris placet.

[6] Verba *in libro suo* Græca versio non agnoscit.

[7] Idem tradit Eusebius, lib. II, cap. 1, qui tamen Hieronymo, et sibimet contradicit lib. VII, cap. 19, scribens, ab ipso Domino ejusque apostolis episcopum Hierosol. Ecclesiæ creatum fuisse, cui sententiæ quidam etiam inter veteres suffragantur.

[8] Ms. Sangerm, apud Martian. *ab aliquibus*, quod referendum ad *asseritur*, non ad *edita*.

[9] Jam inde a S. Irenæo cognitam contendit Massuetus ad Irenæum, pag. 216. Vid. Huetium in Demonstrat. Evangel. Hodie eam omnes suscipiunt, qui Christiano nomine censentur.

C [10] Eusebius libri II, cap. : 23: Ὁ Ἡγήσιππος ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς, ἐν τῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ὑπομνήματι, τοῦνον ἱστορεῖ τὸν τρόπον· Διαδέχεται. δὲ τὴν Ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος, ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι ἡμῶν· ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο. Οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγε· ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ Ἅγια εἰσιέναι· οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας· καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναὸν, ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασιν, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν, ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου.

[11] Euseb. μετὰ τῶν ἀποστόλων, id est *cum apostolis*. Et supra adnotavimus veterum aliquot Patrum traditionem, quæ fert, ab ipso Christo D ordinatum Jacobum Jerosolymorum episcopum. Chrysostom. Homil. 38, in I ad Corinth.: Αὐτὸς γὰρ αὐτον λέγεται κεχειροτονηκέναι, καὶ ἐπίσκοπον ἐν Ἱεροσολύμοις πεποιηκέναι πρῶτον.

[12] *Huic soli licitum erat*. In aliquot mss. exemplaribus legimus. *Hic solus solitus erat*, vel, *Huic solitum erat*, etc. MARTIAN. — Aliquot mss. a Martian. citati *Hic solus solitus erat*, vel *huic solitum erat*. Ms. Gemblacensis Suffrido Petri inspectus, et Miræus, *Hic solitus erat ingredi*, ut et Græca versio, Ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ εἰσελθεῖν. Eusebius vero Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ Ἅγια εἰσιέναι. Cæterum recte vertit Hier. εἰς τὰ Ἅγια *in Sancta sanctorum*; id enim significare voluit Hegesippus, non in *Sancta* duntaxat, quæ frequentare quibuslibet licuit ex Aaronis ordine sacerdotibus. Sic vertit etiam Rufinus. Nec dissimulo, difficillimam tunc videri,

λινῆ, μόνῳ τε αὐτῷ ἐξῆν εἰς τὸν ναὸν εἰσιέναι, καὶ γόνατα κλίνων, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ προσηύχετο τοσοῦτον, ὥστε τὰ γόνατα αὐτοῦ ὑπερϐαίνειν νομίζεσθαι τοὺς τῶν καμήλων τύλους. » Λέλει καὶ ἕτερά τινα, ἃ μακρὸν εἴη καταλέγεσθαι· καὶ γὰρ καὶ Ἰώσηπος ἐν τῷ εἰκοστῷ τῆς Ἀρχαιολογίας λόγῳ, καὶ Κλήμης ἐν τῷ ἑϐδόμῳ τῶν Ὑποτυπώσεων εἰρήκασι, μετὰ τὴν τελευτὴν Φήστου τοῦ τὴν Ἰουδαίαν διέποντος, καὶ πρὶν ἢ τῆς ἐπαρχίας ἐπιστῆναι, Ἄνανος, πεμφθῆναι παρὰ Νέρωνος διάδοχον αὐτοῦ Ἀλϐῖνον, φησὶν, ἱερεὺς, νέος, Ἀνάνου υἱός, γένους ἱερατικοῦ, εἰληφὼς ἀφορμὴν ἀναρχίας. συνεδρίου γενομένου, ἠνάγκασε τὸν Ἰάκωϐον δημοσίᾳ ἵνα τὸν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀρνήσηται, ἀντιλέγοντα δὲ λιθασθῆναι προσέταξεν, ὃς ἐκ τοῦ πτερυγίου τοῦ ναοῦ κρημνισθεὶς, κατεαγότων αὐτοῦ τῶν σκελῶν, ἡμιθανὴς ἐπάρας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, λέγει· Κύριε, σύγγνωθι αὐτοῖς· ὃ γὰρ ποιοῦσιν ἀγνοοῦσι· τότε κναφικῷ μοχλῷ ᾧ **831** τὰ ἱμάτια ἐκπιέζειν εἰώθασι, κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κρουσθεὶς, ἀνεπαύσατο. Προστίθησιν ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος, τοσαύτης αὐτὸν γεγενῆσθαι ἁγιωσύνης ἐντὸς, καὶ θρησκείας παρὰ τῷ λαῷ, ὡς διὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον πεπεῖσθαι πάντας τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. Περὶ τούτου καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος πρὸς τοὺς Γαλάτας λέγει· Ἄλλον δὲ ἐκ τῶν ἀποστόλων οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωϐον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Καὶ τῶν ἀποστόλων περὶ τούτου μαρτυροῦσιν αἱ Πράξεις. Καὶ τὸ Εὐαγγέλιον δὲ τὸ ἐπιγράφον (Forte ἐπιγραφόμενον) καθ' Ἑϐραίους, ὅπερ ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μετε-

bus laneis non utebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur templum, et fixis genibus pro populo deprecabatur in tantum, **832** ut camelorum duritiem traxisse[1] ejus genua crederentur. » Dicit et alia multa[2], quæ enumerare longum esset. Sed et Josephus[3] in vicesimo libro *Antiquitatum* refert, et Clemens in septimo Ὑποτυπώσεων, mortuo Festo, qui Judæam regebat, missum esse a Nerone successorem ejus Albinum, qui cum necdum ad provinciam pervenisset, Ananus[4], inquit, pontifex, adolescens, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregavit, et compellens publice Jacobum, ut Christum Dei Filium denegaret, contradicentem lapidari jussit. Qui cum præcipitatus de pinna templi[5], confractis cruribus, adhuc semianimis tendens ad cœlum manus, diceret : *Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt* (*Luc.* XXIII, 34) ; fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent[6], in cerebro percussus interiit. Tradit idem Josephus, tantæ eum sanctitatis fuisse et celebritatis in populo, ut propter ejus necem, creditum sit subversam esse Hierosolymam[7]. Hic est de quo Paulus apostolus scribit ad Galatas : *Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini* (*Galat.* I, 19). Et apostolorum super hoc crebrius Acta testantur (*Act.* I, 13 ; XVI, 18 ; XV, 13). Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos[8], et a me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo et Origenes sæpe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert : « Dominus au-

ut credatur. Hegesippi sententiam, cum verosimile non sit, Jacobo Christiano homini copiam ingrediendi Sanctum sanctorum fecisse Judæos, ubi adesse nisi Pontificis maximo non licebat. Quod autem dicitur non laneis usus esse, sed lineis vestibus, id quidem ex more Pontificis erat, Levitic. XVI, 4.

[1] *Græca* versio ὑπερϐαίνειν quasi legisset *vicisse*.

[2] Videre licet hæc apud Euseb. lib. II, c. 23.

[3] Vide Josephum lib. XX, cap. 7, initio. Quidam codices apud Martianæum legunt *Annianus et Annaniæ filius*.

[4] *Annus, inquit, Pontifex*. Codex Sangermanensis sive Corbeiensis aliam retinet lectionem, istam nempe : *Annianus, inquit, Pontifex, Ananiæ filius adolescens*. MARTIAN.

[5] Hæc quidem Josephus recitat : quæ sequuntur ex Clemente apud Eusebium deprompta sunt.

[6] Hac vox abest a quibusdam codicibus, quam nec Græcus interpres agnoscit. Aliæ editiones legunt *rudia*.

[7] Hæc affert Origenes, l. I *contra Celsum*, et in Comment. ad Matthæum tanquam a Josepho prolata, Ταῦτα συμϐέϐηκεν Ἰουδαίοις κατὰ ἐκδίκησιν Ἰακώϐου τοῦ Δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν. Ex eo autem Eusebius, quem hic sequitur Hieronymus. At peccaverit memoriæ lapsu Origenes, referens ad Jacobum quæ de Joannis baptistæ nece per Herodem legerat : certe in Josephi libris hæc neque hodie habentur, neque unquam locum videntur habuisse.

[8] De hoc Evangelio *secundum Hebræos* multa alibi docet Hieronymus, quæ in speciem sibi videntur adversari. Hic Græce et Latine se illud interpretatum dicit, quem tamen laborem in Catalogo suorum operum non enumerat. Sequenti cap. 3, pro *Matthæi authentico* laudat cujus Hebræum autographum et Cæsariensi bibliotheca descripserit : supra. lib. III *contra Pelagianos*, num. 2 : « In Evangelio, inquit, juxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis litteris scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni secundum apostolos, sive, ut plerique autumant, juxta Matthæum, quod et in Cæsariensi habetur Bibliotheca. » etc. Et in Matth. XXII, 13 : « In Evangelio, quo utuntur Nazareni et Ebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthæi authenticum. » Conciliari autem possunt, si intelligas, fuisse istud speciale quoddam ejusdem Evangelii exemplar, Chaldaica quidem, sive Syriaca lingua, sed Hebraicis litteris scriptum, non quidem ab ipso Matthæo, sed a Nazarenis, qui hanc translationem in Syro-Chaldaicam linguam jamdiu olim confecerant, eique multa assuerant, quæ sibi videbantur a Matthæo omissa, cujusmodi sunt quæ subinde notat Hieronymus : contra Ebionitæ genealogiam resecaverant. Uterque authenticum prædicabant, ex eorumque opinione in Cæsariensi bibliotheca servatum exscripsit sanctus Doctor, qui inde Græce et Latine interpretatus est : tametsi non intelligo, cur Græce librum refunderet, qui jam Græce exstabat, siquidem illum Origenes legit. Cæterum tuum alibi, tum in præfixa libris contra Pelagianos Admonitione notatum est, quod ea de causa quinti Evangelii conflictor a Theodoro Mopsuesteno apud Photium cod. 177 diceretur.

tem cum dedisset sindonem[1] servo sacerdotis, ivit ad Jacobum, et apparuit ei[2]. Juraverat enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora **823** quia biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem[3] a dormientibus. » Rursusque post paululum : « Afferte, » ait Dominus, « mensam et panem. » « Statimque additur : « Tulit panem et benedixit, ac fregit, et dedit Jacobo Justo, et dixit ei : Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis a dormientibus. » Triginta itaque annos Hierosolymorum [*Al.* Hierosolymis] rexit Ecclesiam, id est, usque ad septimum Neronis annum[4], et juxta templum ubi et præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usque ad obsidionem Titi, et ultimam Hadriani, notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti eum putaverunt conditum, sed falsa eorum opinio est[5].

A βλήθη, ᾧ καὶ Ὠριγένης πολλάκις κέχρηται, μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος λέγει· « Ὁ δὲ Κύριος δεδωκὼς σινδόνα τῷ δούλῳ τοῦ ἱερέως, ἀπελθὼν πρὸς Ἰάκωβον, ἤνοιξεν αὐτῷ. Ὀμωμόκει γὰρ Ἰάκωβος μὴ γεύσασθαι ἄρτου, ἐξ ἐκείνης τῆς ὥρας, ἀφ' ἧς πεπώκει τὸ ποτήριον ὁ Κύριος, ἕως οὗ ἴδῃ αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. » Αὖθι δὲ μικρὸν ὕστερον· « Δότε, » φησὶν ὁ Κύριος, « τράπεζαν καὶ ἄρτον. » Εὐθὺς δὲ προστίθεται, « Λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ δεδωκὼς Ἰακώβῳ τῷ Δικαίῳ, λέγει αὐτῷ, Ἀδελφέ μου, ἔσθιε τὸν ἄρτον τὸν σὸν, ἠγέρθη γὰρ ὁ Υἱος τοῦ ἀνθηώπου ἐκ νεκρῶν. » Τριάκοντα τοιγαροῦν ἐνιαυτοὺς τὴν Ἱεροσολύμων κυβερνήσας Ἐκκλησίαν, τουτέστιν, ἕως ἑβδόμου ἐνιαυτοῦ Νέρωνος, πλησίον τοῦ ναοῦ ἀπετέθη, ἐν ᾧ καὶ ἐῤῥίφθη. Τίτλον ἄχρι τῆς Τίτου B πολιορκίας, καὶ τῆς τελευταίας Ἀδριανοῦ ἐπίσημον ἔσχεν. Ὃν τινες ἐξ ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τοῦ Ἐλαιῶνος τεθεῖσθαι νομίζουσι, ψευδοῦς οὔσης τῆς τούτων ὑπονοίας.

## CAPUT III.

Matthæus, qui et Levi, ex publicano apostolus (*Matth.* IX, 9 ; *Marc.* II, 14 ; *Luc.* V, 27), primus in Judæa propter eos qui ex circumcisione crediderant, Evangelium Christi Hebraicis[6] litteris verbisque composuit : quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi bibliotheca[7], quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazaræis, qui in Berœa urbe Syriæ hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit. In quo animadvertendum, quod ubicunque evangelista, sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, veteris Scri-

**824** Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευῒς, ἀπόστολος ἀπὸ τελωνῶν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πρῶτος διὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας, Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ γράμμασι καὶ ῥήμασιν Ἑβραϊκοῖς συνέταζεν, ἀγνοουμένου τοῦ μετὰ ταῦτα εἰς Ἑλληνικὸν τοῦτο μεταφράσαντος. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν ἄχρι τήμερόν ἐστι ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ Καισαρείας τῇ παρὰ Παμφίλου μάρτυρος περισπουδάστως κατασκευασθείσῃ. Ἐμοὶ δὲ παρὰ C τῶν Ναζαραίων τῶν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας τούτῳ κεχρημένων, ἄδεια παρεσχέθη τούτου μεταγραφῆς, δι' οὗ ἔστιν ἀκριβῶς πεισθῆναι, ὡς ἔνθα ἂν ὁ Εὐαγγελιστὴς εἴτε ἐκ προσώπου οἰκείου, εἴτε ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος

[1] *Cum dedisset sindonem.* Sangermanensis codex ms. non legit. *cum dedisset sindonem servo sacerdotis.* MARTIAN.

[2] Apparitionem quidem Jacobo peculiariter factam nullus quatuor evangelistarum memorat, sed Paulus I Corinth. XV, 7, inter alias recenset : ex quo auctor hujus Evangelii, quem plures deinde secuti sunt, videtur sumpsisse. Meminit hujusce Evangelii Hier. lib. IV in Isaiam, c. 11, et in Ezech. VI, c. 18, et in Matth. I, c. 6. et 11, c. 12, et IV, 23, itemque c. 27 his, et in Epist. ad Ephes. l. II, c. 6.

[3] Al. *a mortuis.* Idem ex Hieronymo tradunt Gregorius Turonensis lib. I *Hist Francorum*, c 22 ; D Sedulius Scotus, *in I Cor.* XV, 7, aliique. Illud quoque notandum, quod Verba paulo supra, *Cum dedisset sindonem servo sacerdotis*, in Sangermanensi codice a Martianæo inspecto desiderantur Porro vitiose Græcus legerat *aperuit* pro *apparuit :* sicut mox *Dominus*, ὁ Κύριος male pro *Domini.*

[4] Christi 62. Cætera ex Hegesippo apud Eusebium lib. II, c. 23 : Καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. Vide de titulo Scholion Græcum, quod ad oram Mazarinii Codicis Eusebianæ historiæ invenit Valesius : Ἰστέον ὅτι ἡ στήλη αὐτὴ λίθος ἦν ἄμορφος, ἐπιγραφὴν ἔχων τὸ ὄνομα τοῦ τεθαμμένου Ἰακώβου· ἐξ οὗ καὶ ἔτι νῦν οἱ Χριστιανοὶ ἐν τοῖς μνήμασιν αὐτῶν λίθους ἱστᾶσι, καὶ ἢ γράμματα ἐν αὐτοῖς γράφουσιν, ἢ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐγχαράττουσιν. *Sciendum est columnam hanc nihil aliud fuisse, quam lapidem informem. in qua nomen Jacobi illic sepulti erat incisum. Unde Christiani in sepulcris suis etiamnum lapides statuunt : in quibus aut litteras inscribere, aut crucis figuram insculpere consueverunt.*

[5] Hanc tamen sententiam alteri præferunt Quaresmius, aliique docti viri, tum quod extra urbem Judæi cadavera tumularent, tum quod hominem lapidibus damnatum, utque eorum ferebat opinio, seductorem, propre templum humo inferri permisisse eos, et titulo donasse, non sit verosimile Cum tamen mons Oliveti e regione templi sit, Hegesippum huic sententiæ non repugnare contendit idem Quaresmius.

[6] Idem tradunt Papias apud Eusebium III, 39, *Hist.*, quin et Eusebius ipse libro eodem c. 24, et lib. V, c. 10. Sed Matthæum ipsum Græce scripsisse longe est credibilius, et cum de ejus interprete incerta nimis traditio sit, quem alii Jacobum, alii paulum, alii Lucam, vel denique Joannem fuisse volunt, videntur etiam Papias, aliique veteres, Nazaræorum Evangelium, de quo supra diximus c. 2, pro Matthæi *authentico* habuisse, quod notatum est ab ipso Hier. in Matthæum. At Patres hoc Evangelium Græce tantum allegant, et Hebræum explodunt, nec ullum scio, qui Græcum ex Hebræo versum subindicet. Vid. cap. superiori, quæ adnotavimus hac de re.

[7] De hac Bibliotheca vida Euseb. VI, 31, et Hieronymum, infra, cap. 75.

A ταῖς μαρτυρίαις κατακέχρηται τῶν παλαιῶν Γραφῶν, μὴ ἀκολουθεῖν τῇ αὐθεντίᾳ τῶν Ἑβδομήκοντα Ἑρμηνευτῶν, ἀλλὰ τῇ Ἑβραϊκῇ, ἀφ' ὧν τὰ δύο ἐστὶν ἐκεῖνα, Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου· καὶ, Ὅτι Ναζαραῖος κληθήσεται.

pturæ testimoniis abutitur, non sequatur Septuaginta Translatorum auctoritatem, sed Hebraicam, e quibus illa duo sunt: *Ex Ægypto vocavi filium meum*; et: *Quoniam Nazaræus vocabitur.*

## CAPUT IV.

Ἰούδας ἀδελφὸς Ἰακώβου ἐλαχίστην, ἥτις ἐκ τῶν ἑπτὰ Καθολικῶν ἐστιν, ἐπιστολὴν καταλέλοιπεν. Καὶ ἐπείπερ ἀπὸ τῆς βίβλου Ἐνὼχ, τῆς ἀποκρύφου τυγχανούσης, προσλαμβάνεται **835** ἐν αὐτῇ μαρτυρίας, παρὰ πολλῶν ἐκβάλλεται, ἀλλ' ὅμως τῇ ἀρχαιότητι, καὶ τῇ τῆς χρήσεως αὐθεντίᾳ ἠξιώθη ταῖς θείαις Γραφαῖς συγκαταριθμεῖσθαι.

Judas frater Jacobi [1] parvam, quæ de septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea [2] assumit testimonium, **836** a plerisque rejicitur, tamen auctoritatem [3] vetustate jam et usu meruit, et inter sanctas Scripturas computatur.

## CAPUT V.

B Παῦλος ὁ Ἀπόστολος ἔξω τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα ἀποστόλων τυγχάνων, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, καὶ κώμης Γισχάλων τῆς Ἰουδαίας, ὁρμώμενος, πορθηθείσης παρὰ τῶν Ῥωμαίων τῆς αὐτῆς κώμης, μετὰ τῶν οἰκείων γονέων εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας κατῴκησεν, ὑφ' ὧν σταλεὶς διὰ τὴν ἄσκησιν τοῦ νόμου εἰς Ἱεροσόλυμα, παρὰ Γαμαλιὴλ ἀνδρὶ διδασκαλικωτάτῳ, οὗ καὶ Λουκᾶς μέμνηται, ἐφοίτησεν. Ἀλλ' ἡνίκα παρῆν τῇ σφαγῇ Στεφάνου τοῦ μάρτυρος, λαβὼν ἐπιστολὰς τοῦ ἱερέως ἐπὶ διωγμῷ τῶν ἐν τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ πιστευσάντων, ἐπιστὰς τῇ Δαμασκῷ ἐξ ἀποκαλύψεως εἰς τὴν πίστιν τὴν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἐγγεγραμμένην, εἰς σκεῦος ἐκλογῆς ἀπὸ διώκτου μετηνέχθη. Πιστεύσαντος δὲ πρῶτον εἰς τὴν τούτου κήρυξιν Σεργίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Κυπρίων, ἐξ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ ὑπέταξεν, ἐκληρώθη C τοῦ ὀνόματος Παύλου, καὶ συζεύξας ἑαυτῷ Βαρνάβαν, πολλαῖς τε πόλεσιν ἐπιστὰς ἀναζεύξας εἰς Ἱεροσόλυμα, παρὰ Πέτρου καὶ Ἰακώβου τῶν ἐθνῶν Ἀπόστολος καθίσταται. Ἐπεὶ τοίνυν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων περὶ τῆς τούτου διαγωγῆς πολλὰ εἴρηται, τοῦτο μόνον λέξω, ὅτιπερ μετὰ τὸ

Paulus apostolus, qui ante Saulus (*Act.* VII, 57), extra numerum duodecim apostolorum [4], de tribu Benjamin et oppido Judææ [5] Giscalis fuit, quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigravit (*Act.* XXII, 3), a quibus ob studia Legis missus Hierosolymam, a Gamaliele viro doctissimo, cujus Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, et acceptis a pontifice templi epistolis ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cumque primum ad prædicationem ejus Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus [6], et juncto sibi Barnaba, multis urbibus peragratis, revertensque Hierosolymam, a Petro, Jacobo et Joanne gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus apostolorum plenissime de ejus conversatione [7] scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem Domini vicesimo quinto anno, id est secundo Neronis [8], eo tempore quo Festus procurator Judææ

[1] *Frater Domini* legi in antiquis codicibus animadvertit Victorius, aliique, quibus hæc lectio probatur, quod ita eum vocet etiam Hegesippus apud Eusebium lib. III, c. 20. Sed rectius plerique mss. legunt *Jacobi*, ut et Freculfus ex Hieronymo, et Græc. interpres ex Luca VI, 16 et ex Juda ipso. Jacobus autem minor, de quo supra, c. 2, ejus frater intelligitur. Unde recte Epiphanius XXVI, 11, utrumque jungit, Ἰούδας ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου καὶ Κυρίου λεγόμενος. Vid. et Clement. Alexandr. in Epistolas Catholicas.

[2] Cap. V, vers. 14. Quod vero Hieron. suo more *plerosque* dicit, intellige *aliquos*, non τοὺς πλείους. Sic enim Eusebius a plurimis, τοῖς πολλοῖς, genuinam habitam dicit. Cætera antiquorum testimonia non est hujus loci referre. Vide Huetium *Demonstr. Evang.* Prop. I, etc.

[3] *Tamen auctoritatem*. Sangermanensis codex vetustissimus ita legit: *Tamen auctoritate jam, et vetustate et usu meruit*, etc. MARTIAN.. — Cod. Sangerm. apud Martianæum, *Tamen auctoritate jam et vetustate et usu meruit*, quemadmodum et Græca versio.

[4] Ut se ipse distinguit I Corinth. XV, 5, 8.

[5] Paria habet *in Epist. ad Philem.*: « Aiunt parentes apostoli Pauli de Giscalis regione fuisse Judææ, et eos cum tota provincia Romana vastaretur manu, et dispergerentur in orbem Judæi, in Tarsum urbem Ciliciæ fuisse translatos parentum conditionem adolescentulum Paulum secutum. » Paulus vero de semetipso Act. XXII, 3: *Ego sum vir Judæus natus in Tarso Ciliciæ*. Porro Giscala πολίχνη, id est *urbecula* Galilææ dicitur Josepho lib. IV D *de Bell.*, cap. 2.

[6] Alias *sortitus est nomen Paulus*. Fusius in Comment. *in Epist. ad Philem.*: « Ut enim Scipio subjecta Africa, Africani sibi nomen assumpsit, ita et Saulus ad prædicationem gentium missus a primo Ecclesiæ spolio proconsule Sergio Paulo victoriæ suæ tropæa retulit, erexitque vexillum, ut Paulus diceretur. »

[7] Miræus aliique perperam *Conversione*. Eodem sensu dicit infra, c. 8: *Philo librum super eorum conversatione scripsit*: et Græcus διαγωγῆς.

[8] Euseb. lib. XII: Φήλικος δὲ Φῆστος ὑπὸ Νέρωνος διάδοχος πέμπεται, καθ' ὃν δικαιολογησάμενος ὁ Παῦλος, δέσμιος ἐπὶ Ῥώμης ἄγεται. — καὶ Λουκᾶς δὲ ἐν τούτοις κατέλυσε τὴν ἱστορίαν, διετίαν ὅλην ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὸν Παῦλον ἄνετον διατρίψαι

successit Felici, Romam vinctus mittitur, et biennium in libera manens custodia, adversus Judæos de adventu Christi quotidie disputavit. **887** Sciendum autem in prima satisfactione [1], necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ, Paulum a Nerone dimissum, ut Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaretur, sicut ipse scribit in secunda Epistola ad Timotheum, eo tempore quo et passus est, de vinculis dictans Epistolam: *In prima mea satisfactione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt* [2]; *non eis imputetur. Dominus autem mihi adfuit, et confortavit me, ut per me prædicatio compleretur, et audirent omnes gentes, et liberatus sum de ore leonis* (*II Tim.* IV, 16, 17), manifestissime leonem propter crudelitatem Neronem significans [3]. Et in sequentibus: *Liberatus sum* [4] *de ore leonis.* Et statim: *Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et salvabit me* [5] *in regnum suum cœleste* (*Ibid.* 18), quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam et in eadem Epistola præmiserat: *Ego enim jam immolor, et tempus resolutionis meæ instat* (*II Tim.* IV, 6). Hic ergo quarto decimo Neronis anno [6], eodem die quo Petrus Romæ, pro Christo capite truncatur, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo septimo. Scripsit autem novem ad septem Ecclesias epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas, præterea ad discipulos suos [7], Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur, propter styli sermonisque dissonantiam [8], sed vel Barnabæ, juxta

A πάθος τοῦ Κυρίου εἰκοστῷ πέμπτῳ ἔτει, τουτέστι δευτέρῳ Νέρωνος, ἡνίκα Φῆστος, ὁ τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπος διεδέξατο Φήλικα, εἰς Ῥώμην δέσμιος πέμπεται, καὶ ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς ἐν ἐλευθέρᾳ μένων παραφυλακῇ κατὰ τῶν Ἰουδαίων περὶ τῆς ἐλεύσεως Ἰησοῦ ἑκάστοτε ἐξηγήσατο. Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ ἀπολογίᾳ μήπω τῆς τοῦ Νέρωνος βασιλείας στερεωθείσης, μήτε εἰς τοσαύτας αὐτοῦ πράξεις, ὅσας αἱ ἱστορίαι φέρουσιν, ἐξεληλακότος, Παῦλος παρὰ Νέρωνος ἀπελύθη ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν κηρύξαι, καθὼς γράφει ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῇ, ἐν τῷ καιρῷ ἐν ᾧ καὶ ἔπαθεν, ὅταν ἐν τοῖς δεσμοῖς **888** ὢν, ἐπιστέλλῃ, λέγων. Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, καὶ B ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, σαφῶς, διὰ τὴν ὠμότητα, Νέρωνα λέγων. Αἰσθόμενος γὰρ δηλονότι ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τὸ μαρτύριον, ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ προεῖπε, λέγων. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. Ὁμοίως τοίνυν καὶ αὐτὸς τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Νέρωνος ἐνιαυτῷ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ᾗ καὶ Πέτρος ἐν Ῥώμῃ, ὑπὲρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποκεφαλισθείς, ἀπετέθη ἐν τῇ ὁδῷ τῇ λεγομένῃ Ὀστηνσίᾳ, ἔτους μετὰ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τριακοστοῦ ἑβδόμου. Ἔγραψε δὲ ἐπιστολὰς ἐννέα πρὸς ἑπτὰ Ἐκκλησίας οὕτως· πρὸς Ῥωμαίους μίαν, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μίαν, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μίαν, πρὸς Κολοσσεῖς μίαν, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, καὶ πρς τοὺς οἰκείους μαθητὰς, Τιμοθέῳ δύο, Τίτῳ μίαν. Φιλή- C μονι μίαν. Τὴν δὲ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴν τισες νομίζουσι μὴ εἶναι αὐτοῦ διά τε τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν τοῦ λόγου διαφωνίαν, ἀλλὰ Βαρνάβα, κατὰ τὸν Τερτουλλιανὸν, ἢ τοῦ Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καθὰ

καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι ἐπισημηνάμενος. — Secundum Neronis annum cum vicesimo quinto post passionem Domini alligans, cum Eusebio facit, in cujus Chronico a se converso in Latinum, Christus passus est anno 18 imperii Tiberii Cæsaris a morte Augusti, coss. Cn. Domitio Ahenobarbo, et M. Fulvio Camillo Scriboniano. Ex ejus anni Paschate, qui proxime usque ad Neronis secundum fluxerunt, reapse viginti quinque sunt, et concurrunt cum Neronis secundo aliquantulum saltem provecto.

[1] Græcus ἀπολογίᾳ, ex Timoth. IV, 16, omnino recte; eo enim sensu optimi scriptores *satisfactionem* accipiunt defensionem, qua vel delictum removetur vel excusatur.

[2] Verba *sed omnes me dereliquerunt* usque *gentes* absunt a Græca versione.

[3] Euseb. l. c.: Σαφῶς δὴ παρίστησι διὰ τούτων ὅτι δὴ νὸ πρότερον ἐῤῥύσθη ἐκ στόματος λέοντος, τὸν Νέρωνα ταύτῃ ὡς ἔοικε διὰ τὸ ὠμόθυμον προσειπών· οὐκοῦν ἑξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι, τὸ Ῥύσεταί με ἐκ στόματος λέοντος· ἑώρα γὰρ τῷ πνεύματι τὴν ὅσον οὔπω μέλλουσαν τελευτήν. Διό φησιν ἐπιλέγων τῷ, Καὶ ἐῤῥύσθη ἐκ στόματος λέοντος, τὸ. Ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώζει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον, σημαίνων τὸ παραυτίκα μαρτύριον, ὃ καὶ σαφέστερον ἐν τῇ αὐτῇ προλέγει γραφῇ, φάσκων· Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν.

[4] Non habet Græcus interpres quæ respondeant his Latini textus, *Et in sequentibus liberatus sum. Et statim liberabit*, etc., usque *regnum suum cæleste*, quæ omnino non agnoscit. Contra Græcus Eusebii textus plura quædam habet a verbis οὐκοῦν ἑξῆς, etc., usque ἐπιλέγων τῷ, Καὶ ἐῤῥύσθη ἐκ στόματος λέοντος, quibus clarius exponitur Paulus in secunda custodia, non iterum scribere se liberatum iri ex ore leonis, ut priori vice dixerat, sed penitus liberandum a Domino per martyrium, atque in cœleste regnum transferendum. Et de Hie- D ronymo quidem suspicati sumus, verba *ex ore leonis*, quibus altera periodus, quæ hic videtur omissa, finiebatur, librarium fefellisse execribentem. At e codicibus nostris, quomodo emendemus, non suppetit.

[5] Si ex codice nostro *salvabit*, qui tamen antea *liberavit*, non *liberabit*: cæteri tam editi quam mss. perperam *liberavit*, et mox *salvabit*. Vid. II Tom. IV, 18.

[6] Duo codices antiquissimi, Veronensis unus, alter S. Crucis de Urbe, legunt *tricesimo sexto*. Recole quæ adnotavimus ad secundum Neronis annum, quem cum 25 Domini post passionem alligat. Potuit, ut nunc mihi videtur, initium anni 14 Neroniani cum 36 post Christi passionem concurrere.

[7] Miræus addit *quatuor*.

[8] Veteres editiones, *distantiam*. Vid. Origen. apud Euseb. lib. VI, c. 25.

τισι δοκεῖ, ἢ Κλήμεντος τοῦ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης ὕστερον ἐπισκόπου, ὃν φασι τὰ ἀποφθέγματα Παύλου οἰκείῳ συντάξαι καὶ κοσμῆσαι λόγῳ, ἢ, τό γε μᾶλλον, Παῦλος γράφων πρὸς Ἑβραίους, διὰ τὸν φθόνον τὸν πρὸς αὐτὸν, τὴν τοῦ ἀποστόλου ἐπιγραφὴν ἐν ἀρχῇ τῆς προσηγορίας γραφῆναι οὐκ ἐδοκίμασεν. Ἐγεγράφει γὰρ ὡς Ἑβραῖος Ἑβραϊστὶ, τουτέστιν οἰκείᾳ φράσει ἐλλογίμως, καὶ ἅπερ εὐφραδῶς συνετέτακτο τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, εὐφραδέστερον εἰς Ἑλληνικὴν μετεφράσθη, καὶ ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν τοῦ οἴεσθαι διαφωνεῖν ἄλλαις ταῖς Παύλου Ἐπιστολαῖς. Τινὲς δὲ καὶ τὴν πρὸς Λαοδικεῖς ἀναγινώσκουσιν, ἀλλὰ παρ πάντων ἐκβάλλεται.

A Tertullianum [1], vel Lucæ evangelistæ, **839** juxta quosdam [2] vel Clementis [3] Romanæ postea Ecclesiæ episcopi, quem aiunt ipsi adjunctum sententias Pauli proprio ordinasse et ornasse sermone. Vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, et propter invidiam sui apud eos nominis titulum in principio salutationis amputaverit [4]. Scripserat ut Hebræus [5] Hebraice, id est, suo eloquio disertissime ut ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur [vertisse] in Græcum, et hanc causam esse, quod a cæteris Pauli Epistolis discrepare videatur. Legunt quidam et ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

## CAPUT VI.

**839** Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευΐτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος κατασταθεὶς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας Ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἥτις εἰς νὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται. Οὗτος ὕστερον διὰ Ἰωάννην τὸν μαθητὴν, ὃς καὶ Μάρκος ἐκαλεῖτο, χωρισθεὶς Παύλου, οὐδὲν ἧττον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἔργον ἐπιταγὲν αὐτῷ ἐπλήρωσεν.

B **840** Barnabas Cyprius (*Act.* IV, 36), qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus (*Act.* XIII, 2; *Galat.* II, 9), unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit [6], quæ inter apocryphas scripturas legitur. Hic postea propter Joannem discipulum, qui et Marcus vocabatur (*Act.* XV, 37), separatus a Paulo, nihilominus evangelicæ prædicationis injunctum sibi opus exercuit.

## CAPUT VII.

Λουκᾶς ἰατρὸς Ἀντιοχεὺς, καθὼς τὰ συγγράμματα αὐτοῦ δηλοῖ, τοῦ Ἑλληνικοῦ οὐκ ἄπειρος, σπουδαστὴς Παύλου ἀποστόλου, καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀκόλουθος, συνέταξεν Εὐαγγέλιον, περὶ οὗ αὐτὸς Παῦλος, Ἀπεστείλαμεν, φησὶ, σὺν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κατὰ πάσας τὰς ἐκκλησίας. Καὶ πρὸς τοὺς Κολοσσαεῖς· Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός. Καὶ πρὸς Τιμόθεον· Λουκᾶς ἐστι μετ' ἐμοῦ μόνος. Καὶ ἕτερον δὲ ἐξέδωκε τεῦχος ἐξαίρετον, ἐπιγραφὴν Πράξεις Ἀποστόλων, τοῦ ἡ ἱστορία

Lucas medicus Antiochensis [7], ut ejus scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, et omnis peregrinationis ejus comes scripsit Evangelium, de quo idem Paulus: *Misimus* [8], C inquit, *cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias* (*II Cor.* VIII, 18); et ad Colossenses: *Salutat vos Lucas medicus charissimus* (*Coloss.* IV, 14): et ad Timotheum: *Lucas est mecum solus* (*II Tim.* IV, 11). Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Apostolicar um πράξεων [9] prænotatur, cujus historia usque ad bien-

[1] Tertull. lib. *de Pudicitia*, c. 20.

[2] Euseb. lib. III, c. 38, et Theophylactus et Gobarus apud Photium cod. 222, meminit hujus sententiæ. Illud, *ipsi adjunctum*, merum glossema expungi malim, quod nec ullus e nostris codicidus, nec interpres Græcus agnoscunt.

[3] Clemens Alex. apud Euseb. lib. VI, c. 12. Vid. et Philastrium, hæres. 88.

[4] Ita Clemens Alexandr., apud Euseb. *Histor. eccles.* VI, 14: Μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, Παῦλος ἀπόστολος, εἰκότως, etc. Vide Chrysostomum Homil. 64, in loca N. T.

[5] Cacophoniam vulgatorum *Hebræus Hebræis Hebraice* omnino repudiamus. Alter e codd. nostris, *Hebræis* omittit, alter *Hebræus*. Græcus etiam tantum Ἑβραῖος Ἑβραϊστὶ, *Hebræus Hebraice*. Legendum cum cod. nostro, *Scripserat enim Hebræus Hebraice*, vel *autem* pro *enim*. Porro accedimus doctissimis viris, qui non Hebraice. sed Græce Epistolam ab Apostolo scriptam gravissimis argumentis probant. Hieronymum quidem in eam sententiam impuleruut Clemens Alexandrin. Ὑποτυπ., apud Euseb. lib. VI, cap. 14, *Hist. Eccles.*, atque ipse in primis Euseb. lib. III, c. 38, quos postea secuti sunt Theodoretus Præf. in Epist. ab Heb. et Anonymus apud Œcumenium in simili Præfatione, aliique ex recentioribus multi. Sed D horum auctoritates ratione præponderantur: nam et textus ipse se Græce primitus scriptum prodit, tum Græcis allusionibus, quæ in Hebræo nihil essent, tum phrasi continua, ac stylo, et Scripturarum e Græco testimoniis, Hebræorumque hominum interpretationibus, quæ frustra essent, si Hebraice primum fuisset exarata. Accedit Clementem c[illegible] Græcum interpretem dici vix posse cum ille, vo[illegible] ecus, vel Romanus fuisse dicatur, Hebraicam ling[illegible] n facile ignoraverit.

[6] Scilicet ex titulo quem vulgo tunc Epistola obtinebat; nam statim apocrypham cam esse dicit, quod declarat in Epistola ad Lætam, *Apocrypha*, inquiens, *sciat non eorum esse, quorum titulis prænotantur*. Citat tamen ex ea in XLIII cap. Ezechiel.

[7] Vid. Hieronymum, *in Isa*, c. VI.

[8] Locum Apostoli alii de *Barnaba*, alii de *Apollo*, vel de *Sila* intelligunt. Sed plerique ita cum Hieronymo, ac si dixisset Paulus, *Cui laus est in Evangelio conscribendo, sive quod Evangelium scripserit*.

[9] *Titulo Apostolicarum*. Ita legunt mss. codices antiquissimi ac melioris notæ. Vaticani hæc retinent, *Apostolorum Praxis*, 348; *titulo Apostolicarum Praxes*, 349; *Apostolicarum actionum Praxim*, 344. Exscriptorum Latinorum errores sequuntur Erasm. et Marian. qui legunt Πράξεις

nium Romæ commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum Neronis annum [1] (*Act.* XXVIII, 30). Ex quo intelligimus, **841** in eadem urbe librum esse compositum [2]. Igitur περιόδους [3] (*ms.* περιοχὰς) Pauli, et Theclæ, et totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli inter cæteras ejus res hoc solum ignoraverit ? Sed et Tertullianus, vicinus eorum temporum [4], refert presbyterum quemdam in Asia σπουδαστὴν apostoli Pauli, convictum apud Joannem [5], quod auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse. Quidam suspicantur, quotiescunque in Epistolis suis Paulus dicit, *juxta Evangelium meum* [6] de Lucæ significare volumine. et Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse Evangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed et a cæteris apostolis. Quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat [7], dicens : *Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis* (*Luc.* I, 2). Igitur Evangelium sicut audierat, scripsit. Acta vero Apostolorum sicut viderat, composuit. Sepultus est Constantinopoli [8], ad quam urbem vicesimo Constantii anno ossa ejus cum reliquiis Andreæ apostoli translata sunt [9].

A ἕως διετίας διάγοντος ἐν Ῥώμῃ Παύλου ἐκτείνεται. τουτέστιν ἕως τετάρτου Νέρωνος ἐνιαυτοῦ. Ἀφ' ὧν πεπείσμεθα, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν βίβλον συντετάχθαι. Ἡ γὰρ Περίοδος Παύλου καὶ Θέκλας **842** καὶ πᾶς ὁ μῦθος ὡσανεὶ Λέοντος βαπτισθέντος εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ψηφισθήσεται. Οὐδὲ γὰρ ἐνεχώρει τὸν ἀχώριστον τοῦ Ἀποστόλου μεταξὺ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ πράξεων τοῦτο ἠγνοηκέναι. Ἀλλὰ καὶ Τερτυλλιανὸς ἐκείνων τῶν χρόνων ἀναφέρει πρεσβύτερόν τινα ἐν τῇ Ἀσίᾳ, σπουδαστὴν Παύλου ἀποστόλου, ἐλεγχθέντα ἐπὶ Ἰωάννου οἷα παρ' αὐτοῦ συνταγείσης βίβλου, ὡμολογηκέναι φίλτρῳ κατεχόμενον Παύλου τοῦτο πεποιηκέναι: διὸ καὶ ἐκβεβλῆσθαι τοῦτόν τινες ὑπολαμβάνουσιν. Ὁσάκις γὰρ Παῦλος ἐν ταῖς οἰκείαις Ἐπιστολαῖς λέγει, Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, δῆλον ὡς περὶ τοῦ τεύχους B τοῦ κατὰ Λουκᾶν σημαίνει, καὶ Λουκᾶν οὐ μόνον παρὰ τοῦ ἀποστόλου Παύλου μεμαθηκέναι τὸ Εὐαγγέλιον, οἷα μετὰ τοῦ Κυρίου τηνικαῦτα ἐν τῷ σώματι μὴ γενομένου, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἰδίου συντάγματος περιφανως λεγει · Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται. Τοιγαροῦν τὸ Εὐαγγέλιον καθὼς ἀκήκοεν ἔγραψε· τὰς δὲ Πράξεις τῶν Ἀποστόλων καθὰ ἱστόρησεν αὐτὸς καὶ συνέταξεν. Ἠνέχθη τὰ λείψανα αὐτοῦ καὶ ἀπετέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἰς ἣν πόλιν τῷ εἰκοστῷ Κωνσταντίου ἐνιαυτῷ τὸ τούτου σῶμα μετὰ τῶν λειψάνων Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου μετηνέχθη.

Ἀποστόλων. S. Cygiranni exemplar mss. *titulo Apostolicarum actionum* Πράξεων *prænotatur*. MARTIAN. — Non male legit Veronensis cod. *Apostolorum* πράξεις, quemadmodum et Vatic. 348. Reliquæ variantes lectiones, quas hic affert Martianæus, meri sunt librariorum errores. Veteres editiones malebant legere πράξεις Ἀποστόλων.

[1] Perperam cod. S. Crucis in Jerusalem de Urbe, *usque ad quartumdecimum Neronis annum*, ut et in Sigebergensi invenerat Suffridus Petri.

[2] Alexandriæ, non Romæ Acta scripsisse Lucam, Syrorum traditio fert, quin et Theophilum, cui liber inscribitur, inter primos præcipuosque credentes Alexandriæ computat Bar Bajul Syrus auctor apud Castellum, Euthalius tamen, a Zacagnio editus, p. 351, cum Hieronymo facit, et Lucam eo tempore scripsisse tradit Apostolorum Acta, quo Romæ versaretur cum Paulo socius captivitatis.

[3] Codices ab Erasmo et Gravio inspecti loco περιόδους legebant *visionem*. In editis nunc bisce Periodis, sive Actis Pauli et Theclæ, hæc de baptizato Leone fabula non invenitur ; sed tantum Leænæ in Theclam incurrentis, et Theclæ baptismi mentio est.

[4] Kod. S. Brucis *eorumdem temporum*. Tertulliani locus nunc est lib. *de Baptismo*, c. 17 : « Quod si qui Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt, sciant in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. » Videtur tamen Hieronymus non Latino, quem hodie habemus, sed Græco Tertulliani codice usus, quem antequam Latinum ederet, se Græce commentatum esse testatur, cap. 15. idque colligi potest ex ipso apocryphi libri titulo Græco περιόδους et ex eo quod verba *apud Joannem*, in Tertulliani Latino non habentur : præcipue vero ex Græca voce σπουδαστήν sive *studiosum*.

[5] *Convictum apud Joannem.* Sic codices Sangermanensis et Cluniacensis necnon Ambrosianæ Bibliothecæ unus, num. 281, et alii passim, quidquid e contrario velit Marianus Victorius, qui legit. *a Joanne convictus* ; non *apud Joannem*. MARTIAN. — Ita codices omnes a nobis et a Martianæo inspecti, unde perperam Victorius legit *a Joanne:* et mox alii editi *et ob id de loco*, quas voculas mss. non agnoscunt, quemadmodum nec Tertullianus.

[6] Vid. Euseb. lib. III, c. 4. Porro ex his, qui id suspicarentur, imo sentirent, fuisse videtur Marcellus Ancyranus Epist. ad Julium apud Epiphan. hæres. 72, num. 2, ubi ea verba Luc. I, 33, *cujus regni non erit finis*, κατὰ τοῦ Ἀποστόλου μαρτυρίαν citat, *ut testatur Apostolus*. Inferius tamen laudat ex ipsius Lucæ nomine. Verius plerique omnes interpretes intelligunt Evangelium, quod ipse Paulus prædicabat. Confer Rom. XVI, 25 : II, 16 : *Galat.* I, 11.

[7] Pleræque editiones voculam *ipse* non habent, quam restituimus ex ms. nostro. Addunt autem hæc verba, *Vixit octoginta et quatuor annos, uxorem non habens*, quorum ne vestigium quidem in antiquis exemplaribus mss. quæ Erasmus, Victorius, Martianæus, nos, aliique consuluerunt.

[8] *Sepultus est Constantinopoli.* Falso addita sunt hoc loco : *Vixit octoginta et quatuor annos, uxorem non habens*, et consequenter *de Achaia*. Nullum exstat vestigium horum verborum in mss. codicibus. neque novi unde putida hæc commenta fluxerint. MARTIAN.

[9]. Unus, quem viderim, mss. S. Crucis addit *de Achaia*. Pro *Constantio* Victorius maluit reponere *Constantinum*, quod et Græca versio legebat. Vide Hier contra Vigilantium sub initium, Philostorgium lib. III, c. 2,

## CAPUT VIII.

A Μάρκος μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καθὼς τοῦ Πέτρου ἐξηγουμένου ἀκήκοε, παρακληθεὶς ἐν τῇ Ῥώμῃ παρὰ τῶν ἀδελφῶν, βραχὺ συνέταξεν Εὐαγγέλιον, ᾧπερ ἐντυχὼν Πέτρος ἐδοκίμασε, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθησόμενον αὐθεντίσας ἐξέδωκε, καθὰ **843** συνεγράψατο Κλήμης ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων λόγῳ, καὶ Παπίας Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος. Μέμνηται τούτου τοῦ Μάρκου καὶ Πέτρος ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ, ἐπ' ὀνόματι Βαβυλῶνος εἰκονικῶς Ῥώμην σημαίνων. Ἀσπάζεται ὑμᾶς, φησὶν, ἡ ἐν Βαβυλῶνι σὺν τῇ ἐκλεκτῇ, καὶ Μάρκος ὁ ἐμὸς υἱός. Παραλαβὼν τοιγαροῦν τὸ Εὐαγγέλιον, ὅπερ αὐτὸς συνέταξε, καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον, καὶ πρῶτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰησοῦν Χριστὸν κηρύττων, κατεστήσατο Ἐκκλησίαν, τοσαύτῃ παιδεύσει καὶ βίου καρτερίᾳ διέπρεψεν, ὥστε B πάντας τοὺς ἀκολοθοῦντας τῷ Χριστῷ ἕψεσθαι τῇ τούτου διαγωγῇ. Ὅθεν καὶ Φίλων ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐλλογιμώτατος, ὁρῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρώτην Ἐκκλησίαν ἔτι ἰουδαΐζουσαν, ὡσανεὶ εἰς ἔπαινον τοῦ οἰκείου ἔθνους βίβλον περὶ τῆς τούτων διαγωγῆς συνεγράψατο. Καὶ ὥσπερ Λουκᾶς διηγεῖται τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις πιστεύσαντας πάντα ἐσχηκέναι κοινὰ, οὕτως κἀκεῖνος ὅπερ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ Μάρκου τοῦ διδασκάλου ἑώρα γινόμενον, τῇ μνήμῃ παρέδωκε. Τελευτήσας δὲ τῷ ὀγδόῳ τοῦ Νέρωνος ἔτει, ἀπετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, διαδεξαμένου αὐτὸν Ἀνανίου.

Marcus discipulus et interpres Petri [1], juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus, breve scripsit Evangelium. Quod cum Petrus audisset, probavit, et Ecclesiis legendum [2] sua auctoritate edidit, **844** sicut Clemens in sexto Ὑποτυπώσεων libro scribit, et Papias Hierapolitanus episcopus. Meminit hujus Marci et Petrus in Epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: *Salutat vos quæ* [3] *in Babylone est coelecta, et Marcus filius meus* (*I Petr.* v, 13). Assumpto itaque Evangelio quod ipse confecerat, perrexit Ægyptum, et primus [*ms.* primum] Alexandriæ Christum annuntians, constituit Ecclesiam, tanta doctrina [*Al.* doctrinæ] et vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Judæorum, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum [4] super eorum conversatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia (*Act.* II, 44): sic et ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octavo Neronis anno [5], et sepultus Alexandriæ, succedente sibi Anniano [6].

## CAPUT IX.

Ἰωάννης, ὃν Ἰησοῦ πάνυ ἠγάπησεν, υἱὸς Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ὑπὸ Ἡρώδου μετὰ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἀποκεφαλισθέντος, ἔσχατος πάντων ἔγραψεν Εὐαγγέλιον παρακληθεὶς παρὰ τῶν C τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων, καὶ κατὰ Κηρίνθου καὶ ἄλλων αἱρετικῶν. καὶ μάλιστα τηνικαῦτα τοῦ τῶν Ἐβιωνιτῶν δόγματος ἀνακύψαντος, τῶν φασκόντων τὸν Χριστὸν πρὸ Μαρίας μὴ γεγενῆσθαι. Ὅθεν ἠναγκάσθη τὴν θείαν γέννησιν αὐτοῦ εἰπεῖν. Καὶ ἄλλην δὲ αἰτίαν τούτου τοῦ συγγράμματος φέρουσιν. Ἀναγνοὺς γὰρ Ματθαίου, Μάρκου, καὶ Λουκᾶ τὰ

Joannes apostolus, quem Jesus amavit plurimum (*Joan.* XIII, 23, *et* XIX, 26, *et* XX, 2, *et* XXI, 7), filius Zebedæi, frater Jacobi apostoli (*Matth.* IV, 21, *et* X, 2; *Marc.* X, 35; *Luc.* V, 10), quem Herodes post passionem Domini decollavit (*Act.* XII, 2 *seqq.*), novissimus omnium scripsit Evangelium, rogatus ab Asiæ episcopis [7], adversus Cerinthum, aliosque hæreticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Unde et compulsus est divinam ejus nativitatem edicere. Sed et aliam causam hujus

[1] Ex Irenæo apud Eusebium v, 8: Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου etc. Tum quæ sequuntur fere ex Eusebio sumpta sunt, quem confer lib. II, c. 15.

[2] *Et Ecclesiis legendum.* Dissonant exemplaria mss. in hac sententia; vetustiora secuti sumus. In aliis legimus, *Et Ecclesiæ legendum sua auctoritate dedit.* MARTIAN. — Cod. Veronensis *tradidit*. Quidam alii mss. atque editi, *Ecclesiæ legendum sua auctoritate dedit*. Tum idem cod. noster *sicut scribunt Clemens in sexto* Ὑποτυπώσεων *libro et Papias,* unde hinc etiam colligas emendandam interpunctionem Martianæi, qui ante *et Papias* punctum apponit.

[3] *Salutat vos quæ*, etc. Hoc quoque in loco dissonantes reperio tres lectiones codicum mss. Nam præter eam, quam edidimus ex vetustioribus exemplaribus, aliam retinent tres aut quatuor mss. codices: *Salutat vos quæ in Babylone cum electa, et Marcus*, etc. Cæteri codices legunt, *quæ in Babylone collectæ*. MARTIAN. — Perperam Sophronius σὺν τῇ ἐκλεκτῇ συνεκλεκτή, ut et quidam Hieronymiani codices, e quibus duo e nostris *cum electa* vel *collecta* legunt pro *coelecta*. Unus, *Salutat vos* D *Ecclesia, quæ est in Babylone electa.*

[4] Vocem *librum* non habet codex noster innui tamen illum Philonis περὶ βίου θεωρητικοῦ, ἢ περὶ ἱκετῶν patet, quem librum Eusebius eumque secutus Hieronymus, aliique veteres recentesque opinati sunt de Christianorum conversatione sanctisque institutis loqui, cum revera Therapeutas Alexandrinos Μωϋσέως γνωρίμους *Mosis familiares*, ut ipse Philo testatur, describat.

[5] Id non affirmat Eusebius, quem cæteroquin Hieronymus sequitur, sed tantum scribit lib. II, c. 24, Anianum anno Neronis octavo, primum post Marcum Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem, suscepisse, quod factum superstite adhuc Marco tradunt scriptores plurimi, præsertim Orientales, etiamsi variæ eorumdem sint de anno mortis ejus sententiæ.

[6] Veronem. cod. *Anniano*. Græcus Ἀνανίου, quem Arabes *Ananiam* vocant.

[7] Clemens apud Euseb. VI, 14, ὑπὸ τῶν γνωρίμων, *a familiaribus*, dicit rogatum. Eusebius ipse lib. III, 24, tantum *rogatum* dicit, παρακληθέντα.

scripturæ ferunt [1], quod cum legisset Matthæi, Marci et Lucæ volumina, probaverit quidem textum historiæ, et vera eos dixisse firmaverit, sed unius tantum anni, in quo et passus est, post carcerem Joannis [*ms. tacet* Joannis], historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cujus acta a tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Joannes **845** clauderetur in carcerem, gesta narravit: sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν (*dissonantiam*), quæ videtur Joannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem et unam Epistolam, cujus exordium est: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, et vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ*, quæ ab universis ecclesiasticis et eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est: *Senior Electæ dominæ et natis ejus*, et sequentis: *Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate*, Joannis presbyteri [2] asseruntur, cujus et hodie alterum [3] sepulcrum apud Ephesum ostenditur, etsi nonulli [5] putant duas memorias [6] ejusdem Joannis evangelistæ esse, super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem ejus ventum fuerit, disseremus. Quarto decimo igitur anno, secundum post Neronem persecutionem movente Domitiano [7], in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Justinus Martyr et Irenæus [8]. Interfecto autem Domitiano, et actis ejus ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub Nerva principe [9] redit Ephesum, ibique usque ad Traja-

τεύχη, ἐδοκίμασε μὲν τὸ ὕψος τῶν ἱστοριῶν, καὶ ἀληθῆ αὐτοὺς εἰρηκέναι ἐβεβαίωσεν, ἑνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ μόνου, ἐν ᾧ καὶ ἔπαθε μετὰ τὴν φυλακὴν Ἰωάννου τὴν ἱστορίαν συντάξαι. Ἐάσας τοίνυν τον ἐνιαυτὸν οὗ τὰ πεπραγμένα παρὰ τῶν τριῶν ἐξετέθη, τοῦ ἀνωτέρου χρόνου, πρὶν, πρὶν ἢ τὸν Ἰωάννην ἐμβληθῆναι εἰς τὴν εἱρκτὴν, τὰς πράξεις ἐξέθετο, καθὰ σαφηνισθῆναι δυνήσεται τοῖς ἐπιμελῶς τοῖς τέτταρσιν Εὐαγγελίοις **846** ἐντυγχάνουσιν. Ὅπερ καὶ τὴν διαφωνίαν τὴν δοκοῦσαν εἶναι Ἰωάννου μετὰ τῶν λοιπῶν εἴργει. Ἔγραψε δὲ μίαν ἐπιστολὴν ἧς ἡ ἀρχή ἐστι· « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς [4], » ἥτις παρὰ πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ πεπαιδευμένων ἀνδρῶν ἐγκρίνεται· αἱ δὲ λοιπαὶ δύο, ὧν ἡ ἀρχή ἐστι, πρώτης μὲν, « Ὁ πρεσβύτερος Ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, » δευτέρας δὲ, « Ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, » Ἰωάννου πρεσβυτέρου λέγονται. Οὗ ἔτι καὶ νῦν ἕτερον μνῆμα ἐν τῇ Ἐφέσῳ τυγχάνει. Καί τινες νομίζουσι, τὰ δύο μνημεῖα Ἰωάννου εἶναι τοῦ εὐαγγελιστοῦ, περὶ οὗ ἡνίκα κατὰ τάξιν εἰς Παπίαν τὸν τούτου ἀκροατὴν ἔλθωμεν, ἐξηγησόμεθα. Τοιγαροῦν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, δεύτερον μετὰ Νέρωνα διωγμὸν κινοῦντος Δομετιανοῦ, εἰς Πάτμον νῆσον περιορισθεὶς, συνέταξεν Ἀποκάλυψιν, ἣν μετέφρασεν Ἰουστῖνος μάρτυρ καὶ Εἰρηναῖος. Σφαγέντος δὲ Δομετιανοῦ καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ διὰ τὴν πολλὴν ὠμότητα παρὰ συγκλήτου ἀκυρωθεισῶν, ἐπὶ Νέρουα εἰς Ἔφεσον ἀναζεύξας, ἕως Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε διατε διατελέσας, πάσας τὰς τῆς Ἀσίας ἐθεμελίωσε καὶ ᾠκοδόμηκεν ἐκκλησίας, καὶ λίαν γηράσας ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ἐνιαυτῷ, μετὰ τὸ πάθος Κυρίου τελευτήσας,

[1] Cod. Veron., *Sed et aliæ causæ fuerant*. Hæc et quæ sequuntur, noster ex Eusebio hausit lib. III, c. 24.

[2] Alteri Joanni Christi discipulo alteram tribuit Irenæus quoque, dum testimonium ex ea recitat l. I, c. 13, quod ideo adnotamus, ut eorum occurramus sententiæ, qui falsi Hieronymum arguunt, quasi nemo ante illum hoc dixerit.

[3] Papias duplicem Joannem distinxit, et duplex sepulcrum, ex quo auctore Euseb. l. III, c. 39, refert, et duo esse Ephesi sepulcra, et utrumque Joannis sua quoque ætate dici. Δύο inquit, τὰ ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα, καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν λέγεσθαι. Non ergo satis bene Hieronymus, quod de nomine Joannis in genere dictum erat, ad Joannem apostolum et evangelistam transtulit, ut duas unius ejusdemque memorias significaret. Quod intelligi velim; modo hæc ex Eusebio verterit, ut prima fronte videtur; si enim aliunde hanc nonnullorum opinionem scivit, non habeo quid reponam rem tradenti sui temporis.

[4] Prima tantum verba, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς ascribit Græcus interpres, nec fortasse plura Hieronymus attulerat. Cod. Veron., *quod audivimus, quod perspeximus oculis nostris*, etc.

[5] Sic legimus e ms. S. Crucis, et Fabricii editione pro *et nonnulli*. Græcus quoque καί τινες.

[6] *Duas memorias*. Sic lego in cunctis mss. exemplaribus, et ita legendum docet *alterum sepulcrum* præcedens. Erant igitur in Ecclesia Ephesiorum duæ memoriæ, sive duo sepulcra ejusdem Joannis apostoli et evangelistæ: sicut hodie apud nos exstant in Ecclesia nostra duæ memoriæ sancti Germani episcopi Parisiensis, patroni notri; una quidem memoria in capella sancti Symphoriani, ubi est locus sepulturæ; altera memoria in majore altari Ecclesiæ, ubi præter sepulcri lapidem, qui positus est subtus altare, sacræ reliquiæ corporis asservantur in capsa aurea pretiosissima et gemmis ornata, quam nunc sustentant manibus duorum angelorum imagines ex metallo, in medio sex columnarum pulcherrimi marmoris, et sub coronide elegantissimi operis deaurata. Hujus altari novi structuram procuravit nobis zelus et industria Reverendi Patris Arnulphi de Loo prioris hujusce monasterii nostri sancti Germani a Partis: quod hic in memoriam perpetuam lubens adnotavi, accepta occasione ex memoria duplici sancti Joannis evengelistæ. MARTIAN.

[7] Christi 95.

[8] Sic in Chronico ad Domitian. *Apostolus Joannes in Patmos insulam relegatus Apocalypsin vidit, quam Irenæus interpretatur*. In Græco Eusebii est ὡς δηλοῖ Εἰρηναῖος sive *ut Irenæus explicat*, vel *vertit*, nempe nomine *Apocalypsin*, ut ego arbitror, visionem Joannis, Justinus et Irenæus nominarunt; minime vero Commentarios in Apocalypsin hi Patres ediderunt, quos nec ipse Hieronymus cum horum recenset scripta, nec veterum quisquam memorat. Idque ideo notat, quod nomen Apocalysis nuspiam inveniatur apud Græcos scriptores antiquos, et fortasse ab Justino et Irenæo nomen acceperit. Mirum quot doctorum hominum ingenia torserit locus iste, dum ab Irenæo et Justino paucos quosdam versiculos Apocalypsis citatos quaquaversum exquirunt.

[9] *Sub Nerva principe*. Multi codices, Ambros. Bibliothecæ maxime, legunt, *sub Nerva Pertinace*;

πλησίον τῆς προειρημένης πόλεως ἠξιώθη τῆς κοιμήσεως.

A num principem perseverans [1], totas Asiæ fundavit rexitque Ecclesias, et confectus senio, sexagesimo octavo post passionem Domini anno mortuus [2], juxta eamdem urbem sepultus est.

## CAPUT X.

Ἑρμᾶς, οὗ ὁ Ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται, Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου ἐπιγραφείσης Ποιμὴν, ἥτις ἔν τισιν ἀνατολικαῖς **847** ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. Καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων ὑπέκλεψαν μαρτυρίας· ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγνωστος εἶναι δοκεῖ.

Herman [3], cujus apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit : *Salutate Asyncritum, Phlegonta, Herman, Patroban, Hermen* [4], *et qui cum eis fratres sunt* (*Rom.* XVI, 14), asserunt auctorem esse libri, **848** qui appellatur *Pastor* [5], et apud quasdam Græciæ Ecclesias jam publice legitur [6]. Revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpavere [7] testimonia. Sed apud Latinos pene ignotus est [8].

## CAPUT XI.

Φίλων Ἰουδαῖος, τεχθεὶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, γένους ἱερέων. δι' αὐτοῦ παρ' ἡμῶν μεταξὺ τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων τάσσεται, ἐπείπερ περὶ τῆς πρώτης Μάρκου εὐαγγελιστοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίας γράφων, εἰς ἔπαινον τῶν ἡμετέρων χωρεῖ, οὐ μόνον αὐτόθι αὐτοὺς ἀλλὰ καὶ ἐν πολλαῖς ἐπαρχίαις εἶναι φάσκων, καὶ τὰς οἰκήσεις αὐτῶν καλῶν μοναστήρια. Ἀφ' ὧν δηλοῦνται τοιαύτην ἐξ ἀρχῆς τῶν τῷ Χριστῷ πιστευσάντων ἐκκλησίαν γενέσθαι, ὁποῖοι οἱ νῦν μοναχοὶ εἶναι ζηλοῦσι καὶ ἐπιθυμοῦσιν, ὥστε μηδὲν ἴδιον ἔχειν τινὰ, μηδὲ εἶναι εἰς αὐτοὺς πλούσιον ἢ πένητα, τὰς δὲ οὐσίας τοῖς ἔθνεσι διανέμοντες, εὐχαῖς σχολάζουσι καὶ ψαλμοῖς, παιδεύσει τε καὶ ἐγκρατείᾳ, οἵους καὶ Λουκᾶς ἀναφέρει τὸ πρῶτον ἐν Ἱεροσολύμοις τοὺς πιστοὺς γεγενῆσθαι. Λέγουσι τοῦνον ἐπὶ Γαΐου Καλιγύλα ἐν τῇ Ῥώμῃ κινδονεῦσαι, ὅπη καὶ πρεσβευτὴς τοῦ οἰκείου ἔθνους ἀπεστάλη. Καὶ ὅτε τὸ δεύτερον ἦλθε πρὸς Κλαύδιον, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει διαλεχθῆναι τῷ ἀποστόλῳ Πέτρῳ, καὶ τούτου ἐσχη-

B Philo Judæus, natione Alexandrinus [9], de genere sacerdotum, idcirco a nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci evangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesia [10], in nostrorum laude versatus est, non solum eos ibi, sed in multis quoque provinciis esse memorans, et habitacula eorum dicens monasteria [11]. Ex quo apparet talem primum Cristo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur (*ms.* imitantur) et cupiunt, ut nihil cujusquam proprium sit, nullus inter eos dives, nullus pauper. Patrimonia egentibus dividuntur [*Al.* dividunt], orationi vacatur [*Al.* vacant] et psalmis, doctrinæ quoque et continentiæ, quales et Lucas refert (*Act.* II, 4, *et* IV, 32) primum Hierosolymæ fuisse credentes. Aiunt hunc sub Caio Caligula Romæ C periclitatum [12], quo legatus gentis suæ missus fuerat. Cum secunda vice venisset ad Claudium, in eadem urbe locutum esse cum apostolo Petro [13], ejusque habuisse amicitias, et ob hanc causam

alii etiam vetustissimi falso retinent, *sub Pertinace*, MARTIAN. — Perperam mss. quotquot inspeximus *sub Pertinace redit Ephesum*, quod et plures alii retinent etiam vetustissimi, ut et illud exemplar, quo Græcus interpres usus est, qui olim ἐπὶ Περτίνακος legebat. Quidam maxime Ambrosianæ Biblioth. teste Martianæo *sub Nerva Pertinace* pro *principe*, unde alterius erroris occasio fluxit, ut Nervam penitus librarii omitterent.

[1] An. Christi 96.

[2] Christi 100.

[3] Hunc quidam male *Hermem* vocant.

[4] Unus e mss. nostris omittit *Asyncritum*, alter *Hermam* et *Hermen* : tertius legit *Hermen*, *Patrobam*, *Hermam* cum Græco interprete.

[5] Ita plerique sentiunt secundi ac tertii sæculi scriptores ; luculenter vero Origenes, *in Epist. ad Rom.* XVI, 14, et Eusebius l. III. 3. Id ipse auctor innuere videatur in fine Visionis secundæ, ubi de Clemente loquitur et Grapta. Sunt nihilosecius qui a recentiore Herma, sive Hermete, Pii Romani pontificis fratre, scriptum librum arbitrentur, quorum unica ratio ex Pseudo-Anastasii testimonio, longe est infirmior.

[6] Legimus *jam* e mss. nostro, pro quo *etiam* hactenus obtinuerat. Eusebius ἤδη καὶ ἐν τισιν ἐκκλησίαις, etc, Vid. Rufinum de Symbolo. Idem ms. non habet *Revera utilis liber*, quæ tamen legit Græcus interpres ; et Origenes loco supra citato, « Quæ scriptura, *inquit*, valde mihi utilis videtur. »

[7] Vim verbi *usurpavere* non intellexit Græcus interpres, qui vertit ὑπέκλεψαν *subfurati sunt*.

[8] Citant vero Tertullianus, auctor Homiliæ de Aleatoribus inter Cypriani opera, Philastrius, Cassianus, Prosper, aliique. Imo et Latina tantum D libri hujus versio vetustissima ætatem tulit.

[9] Græcus interpres τεχθεὶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, *natus Alexandriæ*, quemadmodum et Suidas recitat.

[10] Et supra notatum est in Marco, hanc de Philonis libro περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν sententiam ex Eusebii lib. II, c. 17, hausisse, et transtulisse Hieronymum, eamque passim ab eruditis non probari, quod de Judæis, Mosis γνωρίμοις, non Chistianis, agat Philo ; sed eorum argumenta referre non hujus est loci.

[11] Utique in eo libro, Terapeutas suos laudans, Ἑκάστῳ δὲ οἴκημα ἱερὸν ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, etc.

[12] Vide Philomen ipsum de Legationne ad Caium.

[13] Id quidem Eusebius tradit l. II, c. 17, apud Philonem vero hujusce colloquii cum Petro nec vola est nec vestigium.

etiam [1] Marci, discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus suis. Exstant hujus præclara et innumerabilia opera in quinque libros Moysi, de Confusione linguarum liber unus, de Natura et Inventione [2] liber unus, de His quæ sensu precamur et detestamur liber unus, de Eruditione liber unus, de Hærede divinarum rerum liber unus, **849** de Divisione æqualium et contrariorum [3] liber, de Tribus virtutibus liber unus [4], Quare quorumdam in Scripturis mutata sunt [*mss.* sint] nomina liber unus, de Pactis libri duo [5], de Vita sapientis liber unus, de Gigantibus liber unus [6], Quod somnia mittantur a Deo libri quinque [7], Quæstionum et solutionum in Exodo libri quinque [8], de Tabernaculo et Decalogo libri quatuor [9], necnon de Victimis et Repromissionibus [10], sive Maledictis, de Providentia [11], de Judæis, de Conversatione vitæ, de Alexandro [12], et Quod propriam rationem muta animalia habeant, et Quod omnis insipiens servus sit, et de Vita nostrorum liber unus [13], de quo supra diximus, id est, de apostolicis viris, quem et inscripsit περὶ Βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν [14], quod videlicet cœlestia contemplentur, et semper Deum orent. Et sub aliis indicibus, de Agricultura duo, de Ebrietate duo [15]. Sunt et alia j[6] ejus monumenta ingenii, quæ in nostras manus non pervenerunt. De hoc vulgo apud Græcos dicitur, Ἠ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει : id est, *aut Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo* : tanta est similitudo sensuum et eloquii.

A κέναι φιλίαν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς σπουδαστὰς Μάρκου τοῦ μαθητοῦ Πέτρου, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔπεσι κεκοσμηκέναι. Εἰσὶ τούτου περιφανῆ καὶ ἀναρίθμητα συντάγματα εἰς πάντε λόγους Μωϋσέως, οὕτως· περὶ Συγχύσεως γλωσσῶν λόγος εἷς, περὶ Φύσεως καὶ εὑρήματος, περὶ Ὧν κατὰ νοῦν εὐχόμεθα καὶ ἀπομαρτυρούμεθα, λόγος εἷς, περὶ Παιδεύσεως λόγος εἷς, περὶ Κληρονόμου τῶν θείων πραγμάτων λόγος εἷς, περὶ Μερισμοῦ ἴσων καὶ ἐναντίων λόγος εἷς, περὶ Τριῶν δυνάμεων λόγος εἷς, περὶ τῶν ἐναλλαγεισῶν Γραφῶν παρά τινων **850** λόγος εἷς, περὶ Συνθηκῶν λόγοι δύο, περὶ Βίου φιλοσοφικοῦ λόγος εἷς, περὶ γιγάντων λόγος εἷς, περὶ τοῦ Τοὺς ὀνείρους παρὰ Θεοῦ πέμπεσθαι λόγοι πέντε, Ζητημάτων καὶ ἑρμηνευμάτων τῆς Ἐξόδου
B λόγοι πέντε, περὶ τῆς Σκηνῆς καὶ Δεκαλόγου λόγοι τέσσαρες, περὶ Θυσιῶν, περὶ Ὑποσχέσεων ἤτοι Καταρων, περὶ Προνοίας, περὶ Ἰουδαίων, περὶ Διαγωγῆς βίου, περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ Ὅτι ἴδιον λογισμὸν ἔχει τὰ ἄλογα, Ὅτι πᾶς ἄφρων δοῦλός ἐστι, περι Διαγωγῆς τῶν ἡμετέρων, περὶ οὗ ἔμπροσθεν εἴπομεν, τουτέστι τῶν ἀποστόλων, λόγος εἷς, ὃν ἐπέγραψε, Περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, τουτέστιν, ὅτι τὰ ἐπουράνια ἀτενίζουσι, καὶ ἀεὶ εὔχονται τῷ Θεῷ, περὶ Γεωργίας λόγοι δύο, περὶ Μέθης δύο. Εἰσὶ καὶ ἕτερα αὐτοῦ συγγράμματα, δῦπω εἰς τὰς ἐμὰς χεῖρας ἐλθόντα. Περὶ τούτου ἐστὶν ἡ παροιμία τῶν Ἑλληνικῶν, Ἠ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. Τοσαύτη ἐστὶν ὁμοιότης τῆς τε διανοίας καὶ φράσεως.

[1] Conjunctionem *etiam* supplet ms. Veronens. pro qua legerat Victorius in suis *Ecclesiam* : unde male depravatam a librariis vocem maluit expungi.

[2] Non agnoscit hunc librum Veronens. ms.; memorat tamen Eusebius, tum Græcus interpres, et ex eo Suidas. At non *de natura et inventione*, sed *de fuga et inventione* composuit Philo librum, qui Περὶ φυγάδων inscribitur. Hinc arguas, corrupto Eusebii exemplari usum esse Hieronymum, qui pro Περὶ φυγάδων, legerit Περὶ φύσεως. quemadmodum etiam Rufinus vertit.

[3] Hunc *De divisione æqualium et contrariorum*, librum non recenset Reginæ Suecorum cod, 342. Certe unus tantum atque idem est cum superiori, imo altera ejus tituli pars, quemadmodum Eusebius refert. Neque adeo perperam a Hieronymo in duos fuisse divisum, quod confidenter alii asserunt, ego puto ; sed excidisse ex S. Doctoris textu voculam *sive*, vel aliam huic similem, facillimo librarii lapsu ; legendumque *sive de divisione*, etc., ita enim et Eusebius jungit, ἢ περὶ τῆς εἰς τὰ ἴσα, etc. Id ipsum arguas ex Hieronymi contextu qui non addit, perinde atque in cæteris libris, *unus* aut *duo* ; sed tantum *liber* dicit, tametsi perperam omnino Græca versio, λόγος εἷς.

[4] Hi autem in Philonis editionibus male dividitur in duos.

[5] Hic deo jamdiu interciderunt, et nec ipse Eusebius fortasse eos viderit.

[6] In editis Philonis hic quoque discerptus est in duos.

[7] Miræus *Quod quandoque somnia*, etc. Ex his quinque libris primus, quartus et quintus deperjere.

[8] Lege *in Exodum* cum mss. nostris Pauca
C quædam fragmenta ex his servavit S. Joan. Damascenus in Parallelis, cætera interciderunt.

[9] Quatuor libris unus duntaxat est titulus, *de Tabernaculo et Decalogo*, Et primus quidem liber cum secundi parte intercidit, superest tertius cum quarti parte Περὶ ψευδομαρτυριῶν inscriptus. Quidam codices tantum habent *de Tabernaculo libri quatuor*.

[10] Codex Veronen, *remissionibus*, sed Græcus interpres ὑποσχέσεων, et Philo περὶ τῶν προκειμένων.

[11] Hujus fragmenta quædam supersunt penes Euseb. *Præparat.* VII, 21, VIII, 14 ; quæ sequitur *Apologia* pro Judæis penitus desideratur.

[12] Quidam editi, et mss. libri, *de Alexandro dicente quod*, etc. Philonis autem liber ipse jam non habetur. Qui subsequitur non alius videtur ab eo, qui apud Philonem prænotatur περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον, *Quod liber sit quisque*
D *virtuti studens*.

[13] Cod. Veronens,, *De vita nostrorum, de quo supra diximus*, etc., absque, *liber unus*, ex quo falsi magis eorum opinio convincitur, qui alium Philonis librum περὶ τῆς διαγωγῆς τῶν Χριστιανῶν, qui interciderit, hic abs Hieronymo innui commenti sunt.

[14] Interserendum omnino est ἢ, *aut* quemadmodum Eusebius et Philo ipset habet.

[15] Hos *de Ebrietate* non recenset cod. noster, et in editis Philonis in unum conjungi invenias.

[16] Hæc videre licet in editione Oper. Philonis. Quod autem librum *de Interpretatione Hebraicorum nominum*, quem jam e Græco verterat, hic præterеat, inde factum puto, quod jam sub Origenis nomine magis notus esset.

## CAPUT XII.

Λούκιος Ἄννεος Σενέκας Κορδουβήνσιος, Σωτίωνος Στωϊκοῦ μαθητής, καὶ θεῖος πρὸς πατρὸς Λουκανοῦ τοῦ ποιητοῦ, πάνυ ἐγκρατής, ὃν οὐ πάντως κατηρίθμουν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ἁγίων, εἰ μή αἱ ἐπιστολαὶ τούτου προὔτρεπον, αἱ παρὰ πολλῶν ἀναγινωσκόμεναι Παύλου **851** πρὸς Σενέκαν καὶ Σενέκα πρὸς Παῦλον: Νέρωνος ὢν διδάσκαλος, καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ δυνατὸς, ηὔχετο τοιοῦτον ἔχειν παρὰ τοῖς ἰδίοις τόπον, οἷον Παῦλος παρὰ τοῖς Χριστιανοῖς. Οὗτος πρὸ ἐνιαυτῶν δύο τοῦ παθεῖν τοὺς ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον παρὰ Νέρωνος ἐσφάγη.

A Lucius Annæus Seneca Cordubensis, Sotionis [1] Stoici discipulus, et patruus Lucani poetæ, continentissimæ vitæ fuit, quem non ponerem in Catalogo Sanctorum [2], nisi me illæ Epistolæ provocarent, quæ leguntur a plurimis **852** Pauli ad Senecam, et Senecæ [3] ad Paulum. In quibus, cum esset Neronis magister, et illius temporis potentissimus, optare se dicit [4] ejus esse loci apud suos, cujus sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennium quam Petrus et Paulus coronarentur martyrio [5], a Nenone interfectus est.

## CAPUT XIII.

Ἰώσηπος Ματθίου υἱὸς, Ἱεροσολύμων ἱερεύς, παρὰ Οὐεσπασιανοῦ ἁλοὺς, μετὰ Τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κατελείφθη. Ὃς εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἑπτὰ λόγους τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως τοῖς δύο βασιλεῦσι τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ προσήνεγκεν, οἵτινες καὶ τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν, καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς εὐφυΐας ἀνδριάντος ἠξιώθη. Ἔγραψε δὲ καὶ τῆς Ἀρχαιολογίας λόγους εἴκοσι, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους Δομιτιανοῦ Καίσαρος, καὶ δύο Ἀρχαιότητος κατὰ Ἀπίωνος γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ Καλιγύλα πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ μέρους τῶν ἐθνικῶν, κατὰ Φίλωνος λόγον περιέχοντα κατάγνωσιν τῶν Ἰουδαίων ἔγραψεν. Ἔστι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος περὶ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ἐξαίρετος πάνυ, ἐνῷ καὶ τοῦ πάθους τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. Οὗτος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας λόγῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων τὸν Χριστὸν ἐσφάχθαι παρὰ Φαρισαίων, καὶ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγενῆσθαι προφήτην, καὶ διὰ τὴν σφαγὴν Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. Ἔγραψε δὲ καὶ περὶ

B Josephus Matthiæ filius [6], ex Hierosolymis sacerdos, a Vespasiano captus, cum Tito filio ejus relictus est. Hic Romam veniens, septem libros Judaicæ captivitatis imperatoribus patri filioque obtulit, qui et bibliothecæ publicæ traditi sunt [7], et ob ingenii gloriam statuam quoque meruit Romæ. Scripsit autem et alios [8] viginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi usque ad decimum quartum annum Domitiani Cæsaris [9], et duos Ἀρχαιότητος, adversum Appionem grammaticum Alexandrinum, qui sub Caligula legatus missus ex parte Gentilium, contra Pilonem etiam librum, vituperationem gentis Judaicæ continentem, scripserat. Alius quoque liber ejus, qui inscribitur περὶ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, C in quo et Machabœorum sunt digesta martyria. Hic in decimo octavo Antiquitatum libro manifestissime confitetur, propter magnitudinem signorum Christum a Pharisæis interfectum, et Joannem Baptistam vere prophetam fuisse, et propter interfectionem Jacobi apostoli [10] dirutam Hierosolymam. Scripsit autem de Domino [11] in hunc mo-

[1] Perperam legunt *Fotini* duo codices nostri, et quibus Honorius usus est : Græcus quoque interpres olim σώζοντα legebat. At *Sotionem* vocat ipse Seneca epist. 49, illum nempe Alexandrinum Stoicum, cujus ipse Hieron, ad an. 55 Augusti in *Chronico* meminit, et plerique alii.

[2] Non *Sanctorum* sed *Tractatorum* legit præstantissimus Vatic. 342, olim Reginæ, quam ego lectionem longe præfero, et Hieronymianam duco esse, tametsi Pseudosophronius, qui in subinde corruptum Hieronymi exemplar incidit, interpretatur τῶν ἁγίων. Fortasse Hieronymus scripserat *in Sanctorum Catalogo Tractatorum*, quo nomine censeri possunt non Seneca tantum et Philo, sed et hæresiarchæ ipsi, quo numerat, et quisquis tandem de sacris rebus locutus est. Sed altera voce exclusa, totum liberarii corrupere.

[3] Veronens. *aut Seneca*. Exstant hodiedum illæ Epistolæ, quinque sub Pauli nomine, octo sub Senecæ, illasque supposititias fatentur omnes ; nec Hieronymus genuinas affirmat, sed tantum vulgo haberi et legi. Illarum meminit etiam S. August. Epistola ad Macedonium.

[4] Epistola sexta Senecæ ad Paulum : *Qui meus, tuus apud te locus, qui tuus, velim ut meus*.

[5] Puta Christi 66, ex Aieronymi computo.

[6] Hactenus editi ac mss. quos Martianæus sequitur, *Matthathiæ* ; at legendum cum aliis, *Matthiæ*, probavit Valesius, in notis ad Euseb. l. III. c, 9.

[7] Josephus lib. de Vita sua, δημοσιεῦσαι προσέταξεν, quæ haud satis commode redduntur a Hieronymo, *Bibliothecæ publicæ traditi sunt ;* dixisset, *Præcepit, ut vulgarentur ;* Titus enim propria manu aliquot verba Josephi libris ascripserit, quibus constaret, vera esse quæ de bello in illis prodita erant.

[8] Illud *et alios* non habet præstantiss. codex D nostcr, nec Græcus interpres agnovit.

[9] Asolvit quidem, ediditque decimo tertio vertente anno Domitiani Cæsaris libros *Antiquitatum*, sed quæ ad duodecimum tantum Neronis perveniunt. Fefellit fortasse Hieronymum, quod Josephus in fine pollicetur scripturum se, Deo dante, quæ ab illo tempore contigerunt, usque ad decimum tertium Domitiani Cæsaris annum : Μέχρι τῆς νῦν ἐνεστώσης ἡμέρας ἥτις ἐστὶ τρισκαιδεκάτου μὲν ἔτους τῆς Λομιτιανοῦ Καίσαρος ἀρχῆς.

[10] De hoc supra, cap. 2.

[11] *Scripsit autem de Domino*. Habes hic famosissimum Josephi de Christo Domino testimonium in linguam Latinam ab Hieronymo translatum tanta Prudentia ac eruditione, ut illis anteveneritomnes

dum : « Eodem tempore fuit Jesus, vir sapiens, si tamen virum oportet eum dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, et doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt : plurimos quoque tam de Judæis quam de gentibus sui habuit sectatores, et credebatur esse Christus [1], Cumque invidia nostrorum principum cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum primum dilexerant [2], perseveraverunt. Apparuit enim eis tertia die vivens, multa et hæc alia mirabilia carminibus prophetarum de eo vaticinantibus, et usque hodie Christianorum gens ab hoc sortita vocabulum, non defecit. »

A τοῦ Κυρίου οὕτως · « Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ Ἑλληνισμοῦ ἐπηγάγετο · ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, εἴς τε νῦν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἔλιπε τὸ φῦλον. »

## CAPUT XIV.

**853** Justus Tiberiensis [3], de provincia Galilæa, conatus est et ipse Judaicarum rerum historiam texere, et quosdam Commentariolos de Scripturis [4] componere [5] ; sed hunc Josephus (*Just. Vita*) arguit mendacii. Constat autem illum eo tempore scripsisse, quo et Josephus.

B **854** Ἰοῦστος Τιβεριάδος, ἐπαρχίας Γαλιλαίας, ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι, καί τινα ὑπομνήματα περὶ Γραφῶν, ἀλλὰ τοῦτον Ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσάμενον. Καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ συνέγραφεν ὅτε καὶ Ἰώσηπος.

## CAPUT XV.

Clemens [6], de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens, ait, *Cum Clemente et cæteris cooperatoribus* [7] *meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ* (*Philipp*. IV, 3), quartus post Petrum Romæ episcopus : siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus [8], tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum apostolum putent fuisse Clementem [9]. Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum valde utilem Epistolam, quæ et in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri Epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire, Sed et multis de eadem Epistola, non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur et se-

Κλήμης, περὶ οὗ Παῦλος ὁ ἀπόστολος πρὸς Φιλιππησίους γράφων, λέγει. Μετὰ καὶ Κλήμεντος. Τέταρτος μετὰ Πέτρον Ῥώμης ἐπίσκοπος, Δεύτερος γὰρ Λῖνος ἐγένετο, τρίτος Ἀνέγκλητος, εἰ καὶ πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσι, δεύτερον μετὰ τὸν ἀπόστολον γεγενῆσθαι Κλήμεντα. Ἔγραψεν ἐκ προσώπου τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης πρὸς τὴν ἐν Κορίνθῳ Ἐκκλησίαν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμαστὴν,
C ἥτις ἐν φανεροῖς τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται, τῷ χαρακτῆρι τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς Παύλου συνᾴδουσα, οὐ μόνον νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ λόγοις. Καὶ ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶν ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίωσις. Φέρεται καὶ ἑτέρα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ εἶναι Ἐπιστολὴ, ἥτις παρὰ πάντων ἀποδοκιμάζεται. Καὶ διάλογος Πέτρου καὶ Ἀπίωνος μακρῷ λόγῳ συντα-

viros doctos, qui Græca verba Josephi, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, *ipse erat Christus*, fatentur non esse intelligenda ut sonant, sed juxta sensum auctoris, quem optime Hieronymus expressit dicens : *Et credebatur esse Christus*. Consule *Demonstrationem Evangelicam* doctissimi viri P. Danielis Huetii, propos. III, pag. 27 et seqq. MARTIAN.

[1] Freculphus sæpe laudatus, qui hoc testimonium ex Hieronymo descripsit, non habet voculam *esse*, pro qua cod. Norimbergensis legit *etiam*, Verba Josephi ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν,, aliter ac Hieronymus vertit, intelligi omnino non possunt a Josepho prolata, si modo ejus sunt ; nec enim de testimonii germanitate est hic locus ad disserendum. Illud potius animadverte afferri hic a Sophronio, prout in Josephi libro XVIII, c. 4, exstat, non ut alias solet, ex Hieronymo nova interpretatione exprimi.

[2] Idem Freculphus et Veronens, cod, omittunt *primum*, tum post *persaveraverunt* aliquot mss. addunt *in fide*, Freculphus *in eo*, qui item infra nomen *Christianorum* non agnoscit.

[3] Male in cod. S. Crucis, aliisque, et apud Honorium, *Justinus*. Vid. Euseb. III, 10.

[4] In quibusdam editionibus omittuntur vurba *de Scripturis*, quæ Ipse etiam Suffridus Petri putavit abundare. In Græco olim erat περιγράφειν.

[5] Verbum *componere* non addunt codices nostri, nec Græcus interpres. Scripta hujus auctoris intercidere.

[6] Consunant Hieronymo Origenes in Joannem, Eusebius, *Hist. eccl.* III, 15 ; Epiphanius, heres. 27 ; Rufinus *de Adulter. libror. Origenis*, Primasius in Commentariis in hunc Epistolæ ad Philippenses locum, et ex recentioribus plerique alii,
D Nihilominus alium ab isto Clementem fuisse, quem Paulus designat, eumque Philippensis Ecclesiæ presbyterum exstitisse, alii non contemnendis argumentis contendunt.

[7] Al. *cooperantibus*. De more prima tantum verba affert Pseudosophronius.

[8] *Tertius Anacletus*. Consona voce sic legunt omnes mss. codices, Videat proinde Marianus, unde *Cletum* pro *Anacleto* obtruderit in contextum Hieronymi. MARTIAN. — *Anacletum* legunt quotquot Martianæus et nos inspeximus mss., tantum Veronensis *Anencletus* : Ἀνέγκλητος Irenæo. Sed et Freculphus, Ado, Honorius, aliique ita legunt. Victorius maluit *Cletus*, ut erat apud Græcum interpretem. Utcunque scribas, doctis viris non alius probatur esse Cletus ab Anacleto.

[9] Abest Petri nomen a codice nostro et Græco interprete. Quæ sequuntur, ex Eusebii lib. III repete.

γεῖσα, ἥντινα Εὐσέβιος εὐθύνει, ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τεύχει. Τελευτᾷ τῷ τρίτῳ ἐνιαυτῷ Τραϊανοῦ, καὶ τήν τούτου μνήμην ἄχρι τήμερον ἐν τῇ Ῥώμῃ οἰκοδομηθεῖσα Ἐκκλησία φυλάττει.

A cunda ejus nomine Epistola, quæ a veteribus reprobatur. Et Disputatio Petri et Appionis longo sermone conscripta [2], quam Eusebius in tertio Historiæ Ecclesiasticæ volumine coarguit. Obiit tertio Trajani anno, et nominis ejus [3] memoriam usque hodie Romæ exstructa Ecclesia custodit.

CAPUT XVI.

**855** Ἰγνάτιος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας τρίτος μετὰ Πέτρον τὸν ἀπόστολον ἐπίσκοποπος, διωγμὸν κινήσαντος Τραϊανοῦ, θηριομαχῆσαι κελευσθείς, εἰς Ῥώμην στέλλεται δέσμιος. Πλέων δὲ καὶ ἐπιστὰς τῇ Σμύρνῃ, ἐν ᾗ Πολύκαρπος ἀκροατής Ἰωάννου ἐπίσκοπος ἦν, ἔγραψε πρὸς Ἐφεσίους Ἐπιστολὴν μίαν, ἄλλην πρὸς Μαγνησιανούς, τρίτην πρὸς Τραλλιανούς, τετάρτην πρὸς Ῥωμαίους. Κἀκεῖθεν ἐξιὼν, ἔγραψε Φιλαδελφεῦσι καὶ Σμυρναίοις, καὶ ἰδικῶς πρὸς Πολύκαρπον, παρατιθέμενος αὐτῷ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ πρώην μεταφρασθέντος, ἐκ προσώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνήμην ποιεῖται, λέγων· « Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σώματι αὐτὸν εἶδον, καὶ πιστεύω ὅτι ἔστι· καὶ ὅτε ἦλθε πρὸς Πέτρον, καὶ τοὺς σύν αὐτῷ ὄντας, εἶπεν αὐτοῖς· Ψηλαφήσατέ με, ὅτι οὔκ εἰμι δαιμόνιον σωματικόν. Καὶ εὐθέως ἅψαντες [1] αὐτὸν, ἐπίστευσαν. » Ἄξιον δὲ φαίνεται, ἐπείπερ τοιούτου ἀνδρὸς πεποιήμεθα μνήμην, ἐκ τῆς Ἐπιστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς Ῥωμαίους γραφείσης ὀλίγα ἐκθέσθαι. » Ἀπὸ Συρίας ἄχρι Ῥώμης, θηριομαχῶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν γῇ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δέκα συνδεδεμένος λεοπάρδοις, τουτέστι στρατιώταις, τοῖς φυλάσσουσί με,

**856** Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum apostolum episcopus, persecutionem commovente Trajano, damnatus ad bestia, Romam vinctus mittitur. Cumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Joannis, episcopus erat, scripsit unam Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quar- B tam ad Romanos, et inde egrediens scripsit ad Philadelpheos et ad Smyrnæos ; et proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam in qua et de Evangelio [4] quod nupe a me translatum est [5], super persona Christi ponit testimonium dicens : « Ego vero et post resurrectionem [6] in carne eum vidi [7], et credo quia sit. Et quando venit ad Petrum, et ad eos qui cum Petro erant, dixit eis : *Ecce palpate me, ei videte, quia non sum dæmonium incorporale* [8], Et statim tetigerun eum et crediderunt. » Dignum autem videtur, quia tanti veri fecimus mentionem, et de epistola ejus, quam ad Romanos scribit (*Al.* scripsit) pauca ponere. « De Syria [9] usque ad Romam pugno ad bestias, in mari et in terra, nocte dieque ligatus cum decem leopardis [10], hoc est militibus, qui me C custodiunt : quibus et cum benefeceris, pejores

[1] Legendum ut edidimus ἅψαντες, quod nescio cur in ὄψαντες nuperus editor, inscio lectore, mutaverit.

[2] Hæc disputatio Petri et Appionis a Photio memorata cod. 125 intercidit. Epistola autem prima superest uno tantum loco manca, altera ex bona sui parte.

[3] Puta Christi 100. Cod. S. Crucis, *et nomini ejus*, quod magis placet.

[4] Quod Eusebius ignorare se profitetur lib. III, c. 36, ex Nazarenorum Evangelio sumptum esse testimonium testatur Hieronymus, quem vide etiam lib. XVIII *in Isaiam*. Sed et in alio apocrypho libro, nempe *Doctrina Petri*, habetur. Ab Ignatio autem non in epistola *ad Polycarpum*, ut innuit S. Doctor, sed in illa ad Smyrnæos recitatur, unde locum hunc, si parenthesi claudatur, emendari posse arbitrati sunt viri docti.

[5] Notandum in Græco deesse voces ὑπ'ἐμοῦ, cum Hieronymus dicat *a me translatum*. Vid. cap. 2 et 3.

[6] Ignat. *Epist. ad Smyrn.* cap. 3 : Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τούς περὶ Πέτρον ἐλήλυθεν, ἔφη αὐτοῖς· Λάβετε, ψηλαφήσατέ με, ὅτι οὐκ εἰμι δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο καὶ ἐπίστευσαν.

[7] Græcus textus οἶδα, unde Rufinus *novi*, id est, *scio vere resurrexisse* ; non enim, credo, Servatorem nostrum in carne vidit Ignatius, neque ab αὐτοψία argumentatur.

[8] *Dæmonium incorporale*. Erasmus falso legit *corporale* eum pruribus mss. exemplaribus. *Incorporale* vero, non *corporale* legendm docet nos ipse Hieronymus Præfatione sua in XVIII librum Commentar, in Isaiam. Consule locum, ubi *spiritus* et *dæmonium incorporale* pro eodem habentur. Præterea vetustissimus omnium codicum Sangermanens, noster legit *incorporale* ; ita quoque codex eminentiss. card. Ottoboni, sive Altempensis olim bibliothecæ jam laudatus codex. MARTIAN. — Male apud Græcum interpretem σωματικὸν, ut et in quibusdam Latinis codicibus *corporale*. Nostri omnes. et quos Martianæus consuluit, *incorporale* ut alibi Hieron. ipse Præfat. lib. XVIII in Isaiam : *Cum enim apostoli eum putarent spiritum, vel juxta Evangelium, qaod Hebræorum lectitant Nazaræi, incorporale dæmonium.*

[9] Ignat. *Epist. ad Rom.* cap. 5 : Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ διὰ γῆς καὶ θαλάσσης D νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐνδεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα, οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται· ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι· ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι, ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν, δειλαινόμενα, οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θέλῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. Συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι· μηδέν με ζηλώσαι τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω, Πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπαὶ μελῶν, ἀλεσμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κολάσεις τοῦ Διαβόλου εἰς ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

[10] S. quoque Paulus Neronem leonem dixerat,

fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est, sed non idcirco justificatus sum. Utinam fruar bestiis, quæ mihi sunt præparatæ, quas et oro mihi **857** veloces esse ad interitum, et alliciam [1] cas ad comedendum me, ne sicut aliorum martyrum, non audeant corpus meum attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram, ut devorer. Ignoscite mihi, filioli : quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus [2], nihil de his quæ videntur desiderans [3] ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum divisio, et totius corporis contritio, et tota [4] tormenta diaboli, in me veniant, tantum ut Christo fruar. » Cumque jam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait : « Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. » Passus est anno undecimo [5] Trajani. Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam [6] in cœmeterio.

A οἵτινες καὶ μετὰ εὐεργεσίαν χείρονες γίνονται. Αἱ γὰρ ἀνομίαι αὐτῶν παίδευσίς μοί ἐστι, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἐδικαιώθην. Καὶ εἴθε ἀπολαύσω τῶν θηρίων τῶν ἐντρεπισθέντων (sic) μοι, ἅτινα εὔχομαι ὀξύτατα εἶναί μοι εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἐνδελεχίζειν εἰς τὴν ἐμὴν κατάβρωσιν, μήπως ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων, μὴ τολμήσωσι τοῦ σώματός μου ἅψασθαι. Εἰ γὰρ ἐπελθεῖν μὴ θελήσουσιν, ἐγὼ βιάσομαι, ποθῶν καταβρωθῆναι. Συγγνώσετέ μοι, τεκνία, τὸ συμφέρον μοι ἐγὼ οἶδα. Νῦν ἄρχομαι εἶναι μαθητής, οὐδὲν τούτων τῶν ὁρωμένων ἐπιθυμῶ, ἵνα τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν εὕρω. Πῦρ, σταυρὸς, θηρία, σύγκλασις ὀστέων, καὶ τῶν μελῶν διασπασμὸς, καὶ παντὸς τοῦ σώματος συντριβὴ, καὶ βάσανοι τοῦ διαβόλου, εἰς ἐμὲ ἔλθωσιν, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπολαύσω. » Κατακριθεὶς τοίνυν θηριο- B μαχῆσαι, καὶ πόθῳ τοῦ παθεῖν, ἀκούσας τοῦ βρυγμοῦ τῶν λεόντων ἔφη· « Σῖτος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμι, καὶ εὔχομαι τοῖς ὀδοῦσι τῶν θηρίων ἀλεσθῆναι, ἵνα **858** ἄρτος καθαρὸς εὑρεθῶ. » Ἔπαθε δεκάτῳ ἔτει Τραϊανοῦ. Τὸ δὲ λείψανον ἔξω τῆς Δαφνητικῆς πύλης Ἀντιοχείας κατάκειται ἐν τῷ κοιμητηρίῳ.

## CAPUT XVII.

Polycarpus. Joannis apostoli discipulus, et ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus totius Asiæ princeps fuit, quippe qui nonnullos apostolorum, et eorum qui viderant Dominum, magistros habuerit et viderit. Hic propter quasdam super die Paschæ quæstiones sub imperatore Antonino Pio, Ecclesiam in Urbe regente Aniceto, Romam venit, ubi plurimos credentium, Marcionis et Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem. Cumque ei fortuito obviam fuisset Marcion, et diceret : « Cognosce [7] nos ; » respondit : « Cognosco primogenitum diaboli. » Postea vero regnante M. Antonino et L. Aurelio Commodo [8], quarta post Neronem persecutione, Smyrnæ, sedente proconsule [9], et universo populo in amphiheatro adversus eum personante, igni traditus est. Scripsit ad Philippenses valde utilem Epistolam, quæ usque hodie in Asiæ conventu [10] legitur.

Πολύκαρπος Ἰωάννου ἀποστόλου μαθητὴς, καὶ παρ' αὐτοῦ τῆς Σμυρναίων ἐπίσκοπος κατασταθεὶς, πάσης τῆς Ἀσίας ἀρχηγὸς γέγονε, διὰ τὸ πολλοῖς τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν τὸν Χριστὸν ἑωρακότων συντετυχηκέναι, καὶ διδασκάλους ἐσχηκέναι. Οὗτος διά τινας αἰτίας τοῦ Πάσχα βασιλεύοντος Ἀντωνίνου τοῦ Πίου, καὶ ἐπισκοποῦντος τῆς Ἐκκλησίας C Ῥώμης Ἀνικήτου, ἐπέστη τῇ Ῥώμῃ, ἐν ᾗ καὶ πολλοὺς τῷ δόγματι Μαρκίωνος καὶ Βαλεντίνου πιστεύσαντας ἀνεκαλέσατο. Ἀπαντήσαντος δὲ αὐτῷ ἐξ αὐτομάτου Μαρκίωνος καὶ εἰρηκότος αὐτῷ, « Γνώριζε ἡμᾶς, » ἀπεκρίθη, « Γνωρίζω τὸν πρωτότοκον τοῦ διαβόλου. » Μετὰ ταῦτα βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ Λουκίου Αὐρηλίου Κομόδου, τετάρτου μετὰ Νέρωνα διωγμοῦ κινηθέντος, ἐν Σμύρνῃ θεωροῦντος τοῦ ἀνθυπάτου, καὶ παντὸς τοῦ δήμου ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ κατ' αὐτοῦ βοῶντος, πυρὶ παρεδόθη. Ἔγραψε πρὸς Φιλιππησίους πάνυ θαυμαστὴν Ἐπιστολὴν, ἥτις ἄχρι τοῦ παρόντος ἐν τῇ Ἀσιανῇ συνόδῳ ἀναγινώσκεται.

[1] Iterum codices nostri omnes, et quædam editiones, *Ad interitum, et alliciam ad comedendum me*, idque rectissime ; non ut Martianæus aliique addunt, *et ad supplicia :* quibus adversatur Græcus textus et interpres. Facile ex verbo *adliciam* male librariis perspecto, hæ duæ prodierunt pravæ scripturæ *ad supplicia. et allici eas*, perperam in textum intrusæ.

[2] Nomen *Christi* abest a præstantissimo Veron. ms. aliisque, et Græco textu, et interprete.

[3] Ignatius vero et Eusebius τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, addunt : *De his quæ videntur, et quæ non videntur*, quorum alterum e Hieronymi textu facile excidit.

[4] Vocem *tota* nec Græcus textus, nec nostri codices haent, qui mox *patiendi, rugientes*, rectissime, absque altero *eum*, quod redundat. Denique ms. Gemblacensis *ardore impatienti*, minus bene.

D [5] Male Vatic. et quidam alii libri *undecimo*. Porro Trajani decimus Christi anno 107 respondet, sed ad 116 referunt Joannes Antiochenus atque alii.

[6] Sic dicta a *Daphne* Antiochiæ suburbio ad orientem. Vid. Evagrium, l. I, c. 16.

[7] Ita codices nostri omnes, multique alii sed alii itidem *cognoscis*. Similiter *Satanæ* alii legunt. alii *Diaboli*.

[8] Hic est Lucius Aurelius Verus, qui et Commodus dictus est. Exinde matyrium Polycarpi ad an. 166 referunt cum Hieronymo quidam docti viri, alii sub Antonino Pio an. 147 passum volunt. Quin etiam de ejus mortis genere diversa ab his tradit epistola Smyrnensis Ecclesiæ : cum nempe ignis nihil sancto martyri nocuisset arcessitum κομφέκτορα, sive *carnificem*, qui eum pugione confecerit.

[9] Statio Quadrato proconsule Asiæ.

[10] De conventibus Christianorum quotidianis non

## CAPUT XVIII.

**859** Παπίας Ἰωάννου ἀκροατὴς, Ἱεραπολίτης A τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος, πέντε μόνους συνέταξε λόγους, οὓς καὶ ἐπέγραψεν, Ἔκθεσις λόγων Κυρίου. Ἐν οἷς λέγων ἐν προοιμίοις μὴ ἀκολουθεῖν ποικίλαις φήμαις, ἀλλὰ τοὺς ἀποστόλους ἔχειν ἡγουμένους, ἔφη· « Κατενόουν τί Ἀνδρέας, τί Πέτρος εἰρήκασι, τί Φίλιππος, τί Θωμᾶς, τί Ἰάκωβος, τί Ἰωάννης, τί Ματθαῖος, καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ, τί δὲ Ἀριστίων, καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, μαθηταὶ τοῦ Κυρίου ἐλάλησαν. Οὐδὲ γάρ με τοσοῦτον βίβλοι εἰς ἀνάγνωσιν ὠφελοῦσιν ὅσον ζῶσα φωνὴ, ἥτις ἄχρι τοῦ παρόντος διὰ τῶν συγγραψαμένων ἀκμάζει. » Δηλοῦται δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὀνομάτων, ἄλλον εἶναι Ἰωάννην ἀπόστολον, καὶ ἄλλον εἶναι πρεσβύτερον Ἰωάννην, ὅντινα ὕστερον μετὰ τὸν Ἀριστίωνα καταριθμεῖ- B ται. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν διὰ τὰ προαναφερόμενα, ἐνοῖς εἴπομεν, τὰς δύο ὑστέρας Ἐπιστολὰς μὴ εἶναι Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, ἀλλὰ τοῦ πρεσβυτέρου. Οὗτος λέγεται χιλίων ἐνιαυτῶν Ἰουδαϊκὴν ἐκδεδωκέναι δευτέρωσιν, ᾧ ἠκολούθησαν Εἰρηναῖος, καὶ Ἀπολλινάριος, καὶ οἱ λοιποὶ, οἵτινες μετὰ τὴν ἀνάστασιν φάσκουσιν ἐν τῷ σώματι μετὰ τῶν ἁγίων τὸν Κύριον βασιλεύσειν. Καὶ Τερτυλλιανὸς δὲ ἐν τῇ βίβλῳ τῇ περὶ τῆς Ἐλπίδος τῶν πιστῶν, καὶ Βικτωρῖνος Πεταβῖνος, καὶ Λακτάντιος ταύτῃ τῇ δοκήσει εἵλκυνται.

**860** Papias Joannis[1] auditor, Hierapolitanus in Asia episcopus, quinque tantum scripsit volumina, quæ prænotavit, *Explanatio sermonum Domini*[2]. In quibus cum se in præfatione asserat, non varias opiniones sequi, sed apostolos habere auctores, ait[3] : « Considerabam, quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, vel alius quilibet discipulorum Domini : quid etiam Aristion[4], et senior Joannes, discipuli Domini loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum prosunt, quantum viva vox, usque hodie in suis auctoribus personans. » Ex quo apparet in [*Al.* ex] ipso Catalogo nominum, alium esse Joannem, qui inter apostolos ponitur, et alium seniorem Joannem, quem post Aristionem enumerat[5]. Hoc autem diximus, propter superiorem opinionem, quam a plerisque retulimus traditam[6], duas posteriores Epistolas Joannis non apostoli esse, sed presbyteri. Hic dicitur mille annorum Judaicam edidisse δευτέρωσιν quem seculi sunt[7] Irenæus, et Apollinarius, et cæteri qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de Spe fidelium, et Victorinus Petabionensis[8], et Lactantius hac opinione ducuntur.

## CAPUT XIX.

Κουαδρᾶτος τῶν ἀποστόλων μαθητὴς, παθόντος Πουβλίου Ἀθηναίων ἐπισκόπου ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ὑπεισέρχεται, καὶ τὴν Ἐκκλη- C σίαν ἐν μεγάλῃ ταραχῇ διασκορπισαν συνάγει. Καὶ ἡνίκα Ἀδριανὸς ἐν Ἀθήναις ἐχείμασεν, ἐν Ἐλευσῖνι γενόμενος, καὶ **861** πάντα σχεδὸν τὰ

Quadratus apostolorum discipulus, Publico Athenarum episcopo ob Christi fidem martyrio coronato[9] in locum ejus substituitur, et Ecclesiam grandi terrore dispersam fide et industria sua congregat. Cumque Hadrianus **862** Athenis exegisset hiemem, invisens Eleusina [10], et omnibus

videtur intelligendus hic locus, sed de aliquo alio qui quotannis fieri soleret in Asia, inque eo de religione consulentes Christiani, hanc epistolam recitarent.

[1] Euseb. lib. III, c. 39, de altero Joanne presbytero intelligit, non de apostolo et evangelista, quem Baronius in Martyrol. sequitur. Contra ipse Hieronymus epist. 75, ad Theodoram, et reliqui Martyrologiorum auctores, aliorumque scriptorum agmen.

[2] Supersunt hujus operis, Λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως duntaxat quædam frgmenta.

[3] Papias apud Euseb. III, 39 : Ἀνέκρινον λόγους D τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος, ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος, ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ἅ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ λέγουσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἐλ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης.

[4] *Aristomen* habet cod. S. Crucis hic atque infra et alius Gemblacensis, teste Suffrido Petri. Mox Veronensis *loquantur* pro *loquebantur* : verius ad Papiæ textum λέγουσιν.

[5] Veronens., *Commemorat.*

[6] Supra cap. 9 Veronens. *Qua a plerisque retulimus traditum.*

[7] Ita Judaicas traditiones appellari, notum. Vid. Irenæum lib. IV, et V, Apollinari enim scripta intercidere, quemadmodum et, quem laudat, Tertulliani liber *de Spe fidelium*. Hieronymus, in cap. Ezech. XXXVI : « Dogma inquit, Judaicum quod et multi nostrorum, et præcipue Tertulliani liber de Spe fidelium, Lactantii *Institutiouum* volumen septimum pollicetur, et Victorini Petabionensis episcopi crebræ expositiones, et nuper Superus noster in Dialogo, cui Gallo nomen imposuit, et ut Græcos nominem, et primum extremumque conjungam, Irenæus et Apollinaris. »

[8] *Victorinus Petabionensis.* Falso legebat Erasmus *Victorinus Pictaviensis :* cum nullus sit codex ms. qui non legat *Petabionensis*, vel *Pictationensis.* MARTIAN.

[9] Veron. *Christi martyrio coronato*, cui suffragatur Græcus interpres ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ. Constanter Hieronymus hic et in epist. 78. ad Magnum, pro uno eodemque habet Quadratum Athenarum episcopum cum illo, qui Apologiam pro Christiana religione obtulit Hadriano ; nihilominus docti viri, Valesius, Tillemontius, aliique duos Quadratos diversos comminiscuntur.

[10] Prætulimus codicis nostri lectionem *Eleusina*, quam retinet et Gemblacensis a Suffrido inspectus. Reliqui omnes etiam editi *Eleusinam*, vitiose. Quid autem sit *Eleusina* invisere, vel ut in Epistola ad Magnum, *Eleusinæ sacra iuvisere*, ipse explicat in Chronic. ad an. 7 Hadriani *sacris Eleusinæ initiari*, Græce τὰ Ἐλευσίνια ἐποπτεύειν. Facund. Hermianens. integrum hoc Hieronymi capitulum recitat.

pene Græciæ sacris initiatus dedisset occasionem his, qui Christianos oderant, absque præcepto imperatoris vexare credentes; porrexit ei librum pro religione nostra compositum, valde utilem[1], plenumque rationis et fidei, et apostolica doctrina dignum, in quo et antiquitatem suæ ætatis ostendens ait, plurimos a se vivos qui sub Domino variis in Judæa oppressi calamitatibus, sanati fuerant, et qui a mortuis resurrexerant.

A τῆς Ἑλλάδος μυστήρια μυηθεὶς, δέδωκεν ἀφορμὴν ἐπὶ τὸ τοὺς μισοῦντας τούς Χριστιανούς, καὶ δίχα βασιλικῆς κελεύσεως κολάσαι, ἐπέδωκε βίϐλον ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας θρησκείας συντεθεῖσαν, πάνυ χρηστὴν καὶ γέμουσαν λογισμοῦ καὶ πίστεως, ἀξίαν τε τῆς ἀποστολικῆς παιδεύσεως, ἐν ῃ καὶ τὴ ἀρχαιότητα τῆς ἰδίας ἡλικίας δεικνὺς, ἔφη, πολλούς ἑωρακέναι τινὰς ὑπὸ τοῦ Κυρίου ποικίλαις ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κάμνοντας νόσοις ἰαθέντας, και ὅτι τινὲς ἐκ νεκρῶν ἀνέστησαν.

## CAPUT XX.

Aristides Atheniensis philosophus eloquentissimus, et sub pristino habitu[2] discipulus Christi, volumen nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore quo et Quadratus, Hadriano principi dedit, id est, Apologeticum pro Christianis, quod usque hodie perseverans, apud philologos ingenii ejus judicium est.

Ἀριστείδης Ἀθηναίων φιλόσοφος εὐφραδὴς, καὶ κατὰ τὴν προτέραν διαγωγὴν μαθητὴς Ἰησοῦ B Χριστοῦ, τεῦχος δόγματος ἡμετέρου ἀνάμεστον λογισμοῦ, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν ᾧ καὶ Κουαδρᾶτος, Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ ἐπέδωκε, τουτέστιν, ἀπολογητικὸν ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν, ὅπερ ἄχρι τοῦ παρόντος παρὰ τοῖς φιλολόγοις σώζεται.

## CAPUT XXI.

Agrippa, cognomento *Castor*[3], vir valde doctus, adversum viginti quatuor Basilidis hæretici volumina[4], quæ in Evangelium confecerat, fortissime disseruit prodens ejus universa mysteria, et prophetas enumerans, Barcabau[5] et Barcob, et ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina: et Deum maximum ejus *Abraxas*, qui quasi annum continens[6], si juxta Græcorum numerum supputetur. Moratus est[7] autem Basilides, a quo **863** Gnostici, in Alexendria temporibus Hadriani,

Ἀγρίππας, ὁ ἐπίκλην Κάστωρ, ἀνὴρ πάνυ πεπαιδευμένος, κατὰ τῶν εἰκοσιτεσσάρων Βασιλείδου αἱρετικοῦ λόγων τῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον παρ' αὐτοῦ περιφρασθέντων γενναίως ἐξηγήσατο, πάντα αὐτοῦ τὰ μυστήρια ἐκφαίνων, καὶ τούτ προφήτας συναπαριθμουμένους, Βαρκαβᾶν καὶ Μαρκόϐ, καὶ πρὸς φόϐον τῶν ἀκροωμένων, ἕτερά τινα βάρϐαρα ὀνόματα, καὶ τὸν μέγιστον αὐτῷ θεὸν Ἀβράξας, οἷα C ἐνιαυτὸν περιέχοντα κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν Γραικῶν ψηφιζόμενον. Τελευτῶντος Βασιλείδου Γνωστικοὶ ἐν

[1] Idem cod. noster *valde necessarium:* mox Gemblacensis pro *suæ ætatis* habet *suæ actionis.* Perperam uterque. Hæc vero apologia, qua gravissima persecutio sedata est, ut testatur Hier. epistola supra laudata *ad Magnum*, amplius non habetur. Satius porro est opinari oblatam eam Hadriano, cum secundum Athenas venisset, non primum, ut vulgo existimatur: nempe Christi anno 126, non triennio ante.

[2] Id est, sub veste philosophica, seu pallio. Infra cod. S. Crucis, *Hadriano principe*, male. Hier. epistola *ad Magnum*. « Aristides philosophus, vir eloquentissimus, eidem principi (Hadriano) Apologeticum pro Christianis obtulit contextum philosophorum sententiis. » Deperdita est etiam hæc insignis Apologia, quamvis apud Coloieros in Midelli monasterio latere eam quidam scripserit.

[3] Martianeus *Castoris* ut et Euseb. Ἀγρίππα Κάστορος. Cod. Gemblacens et Indiculus Hæres. qui Hieronymo tribuitur *Pastoris,* omnino vitiose.

[4] Intercidit Agrippæ opus, ut et Basilidis volumina, quæ fortasse *Evangelium* inscribebantur: hoc enim nomine videntur memorari alibi ab Hieronymo aliisque.

[5] *Barcabam et Barcob.* Ita legunt exemplaria mss. In nonnullis est, *Berthaham et Bercobeth.* At de his verborum portentis, et nomine *Abraxas*, vice indices nostros supra in hoc tomo IV, et in superiori tomo III nostræ editionis. Similiter et de Antinoo infra in Hegesippo. De *Cocheba* vide Comment. in cap. IX Danielis, col. 1117, et in Epistola, *Lectis litteris.* De abraxas et aliis nominibus consule Irenæum lib. IV, cap. 23. MARTIAN. — Mirum quam varie barbara hæc duo nomina in editis libris et manu exaratis inveniantur, et quam vitiose. Nostri primum *Barchabbam* legunt cum duplici *b*, ut Eusebius, aliique Græci Βαρκαϐϐᾶν. Alterum *Barcob* aut *Barcho*. Malim rescribi *Barcop*. quod Eusebiano Βαρκὼφ magis respondet. Theodoreto, *Hæret. Fab.* I, 4, et Eusebio *Præparat Evangelic.* X, 5, ipsique Hier. epistola ad Paulam de Alphabeto sonat, *filium vocationis* sicut Βαρχαϐϐᾶν Epiphanio XXVI, 2, est *filius stupri* vel *parricidii*. Proinde vitiose habent alii, qui *Barchobeth* vel *Berthabam*, et *Marcob*, et *Barchon*, et *Barcobbam*, et *Barcobbet* legunt.

[6] Malim *continet* aut *supputatur*, expuncta vocula *si*, quæ ex indiculo de hæresibus huc adscita est. D Litteræ quæ Ἀϐράξας nomen efficiunt, juxta Græcorum numeros supputatæ, reddunt 365, numerum scilicet dierum anni. Vid. quæ in epist. ad Theodoram adnotavimus.

[7] *Moratus est autem*. Non *mortuus est*, sed *moratus est autem*, etc., legit codex Sangerman. cum multis aliis. MARTIAN. Sic legunt codices nostri omnes, et Sangermannens, apud Martianæum, aliique Regii. Ipse Hier in Chronic. ad an. Christi 133: « Basilides hæresiarches in Alexandria commoratur, a quo Gnostici, » etc. Vide in Chronico ad pag. 709. Nam quod vult quidam nobis dicam dici, quod *moratus* pro *mortuus* legerimus, ut et in Chronico, *commoratur* pro *moritur*, nos misero obtrectatori precamur meliorem mentem.

Ἀλεξανδρείᾳ ἐκλήθησαν ἐν τοῖς χρόνοις **864** A Ἀδριανοῦ, ὅτε καὶ Κόχιβδς ὁ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμενος πολλούς τῶν Χριστιανῶν ποικίλαις τιμωρίαις ἀνήλωσεν.

qua tempestate et Cochebas[1] dux Judaicæ factionis, Christianos variis suppliciis enecavit.

## CAPUT XXII.

Ἡγήσιππος τῶν χρόνων τῶν ἀποστόλων, πάσας ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου, ἕως τῶν ἰδίων χρόνων, τῶν ἐκκλησιαστικῶν πράξεων ὑφαίνων ἱστορίας καὶ πολλὰ εἰς ὄφελος τῶν ἀναγινωσκόντων συντείνοντα, πανταχόθεν συλλέγων πέντε συνέθηκε βίβλους ἁπλουστέρῳ λόγῳ, ὥστε ἐκείνων ἐξηγήσασθαι χαρακτῆρας, ὧν τῷ βίῳ ἐξηκολούθει. Φάσκει δὲ ἐπιστῆναι τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, τοῦ μετὰ Πέτρον δεκάτου ἐπισκόπου, καὶ διατετελεκέναι ἄχρι Ἐλευθέρου ἐπισκόπου τῆς προειρημένης Ῥώμης, ὃς Ἀνικήτου διάκονος ἐγεγόνει. B Καὶ κατὰ τῶν εἰδώλων ἐξηγούμενος, ἐκ ποίας πρῶτον πλάνης ηὐξήθη, συνέταξεν ἱστορίαν, δεικνὺς ἐν ποίοις ἤνθησε καιροῖς. Φάσκει γὰρ οὕτως· « Τύμβους τοῖς νεκροῖς καὶ ναοὺς ἐποιήσαντο, καθὰ ἄχρι τῆς δεῦρο ὁρῶμεν, ἀφ' ὧν ἐστιν καὶ Ἀντίνους, ὁ δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, οὗτινος καὶ γυμνικὸς ἀγὼν ἐν τῇ Ἀντίνῳ ἐπιτελεῖται, καὶ τὸ δίκαιον τῆς πόλεως ἐκ τῆς αὐτοῦ προσηγορίας ἔτυχε, καὶ προφήτας ἐν τῷ ναῷ ἔστησε. » Τὸν δὲ Ἀντίνουν ἐν τῷ μεταξὺ τῶν αἰδιλικίων (*a*) ἐσχηκέναι Ἀδριανόν τινες συγγράφονται.

Hegesippus vicinus apostolicorum temporum, et omnes a passione Domini usque ad suam ætatem Ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros composuit[2], sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum, episcopus fuit, et perseverasse usque ad Eleutherum ejusdem urbis episcopum[3] qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea adversum idola disputans, ex quo primum errore crevissent, subtexit historiam, ex qua ostendit, qua floruerit ætate. Ait enim[4]: « Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus: e quibus est et Antinous, servus Hadriani Cæsaris, cui et gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem[5], quam ex ejus nomine condidit, et statuit prophetas in templo[6]. » Antinoum autem in deliciis habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.

## CAPUT XXIII.

C Ἰουστῖνος φιλόσοφος, καὶ τῷ σχήματι τῶν φιλοσόφων χρώμενος, ἀπὸ τῆς Νεαπολιτῶν ἐπαρχίας Παλαιστίνης, ἐκ πατρὸς Πρίσκου Βακχείου, ὑπὲρ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν πάνυ ἐκοπίασεν, ὥστε καὶ Ἀντωνίνῳ **865** τῷ ἐπίκλην Πίῳ, καὶ τοῖς τούτου υἱεῦσι, καὶ τῇ συγκλήτῳ βίβλον κατὰ

Justinus philosophus, habitu quoque philosophorum incedens, de Neapoli urbe Palæstinæ[7], patre Prisco Bacchio[8], pro religione Christi plurimum laboravit: in tantum, ut Antonino **866** quoque Pio, et filiis ejus, et senatui libaum (*Apologia longior*) contra gentes scriptum daret, ignominiamque

[1] In quibusdam Hieronymiam. codicibus *Chozebas*: sicque revera est quandoque appellatus impostor ille בר מובא, *filius mendacii*: cum proprium nomen esset *Cochebas*, בר מכבא, *filius stellæ*.

[2] Eximii hujus operis nonnisi quædam fragmenta restant, quæ Halloixius et Grabe collegerunt. Vide Euseb.

[3] Hæc sunt Hegesippi verba apud Euseb. IV, 22: Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος. Καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. Quæ sic reddas Latine: *Cum essem autem Romæ, successionem composui usque ad Anicetum, cujus diaconus erat Eleutherus, et ab Aniceto successit Soterus, post quem Eleutherus*. Neque enimvero Hieronymus, quod antea notatum est doctis viris recte διαδοχὴν ἐποιησάμην, interpretatur, *Romæ perseveravi*, aut quemadmodum Rufinus ipse, *Permansi ibi*, pro *successionum series composui*, aut *digessi*.

[4] Apud Euseb. II, 8 *Hist.*: Οἷς κενοτάφια καὶ ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν· ὧν ἐστι καὶ Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, οὗ καὶ ἀγων ἄγεται Ἀντινόειος, ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος· καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου καὶ προφήτας.

[5] Non *apud Antinoum civitatem* gymnicum Antinoo agonem exerceri solitum, sed in Mantinea, scribit Pausianas in Arcadicis, Ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο αὐτῷ ἐν Μαντινείᾳ τιμάς καὶ τελετήν... καὶ ἀγών ἐστιν αὐτῷ δι' ἔτους πέμπτου. Jam itaque malim emendare ex præstantissimo ms. nostro, *Agon exercetur Antinoius*, *civitatemque ex ejus nomine*, etc., eoque magis, quod idem Hegesippus, Οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος etc.

[6] Exciderunt ab Hegesippi textu postrema hæc verba, κατέστησεν ἐν τῷ ναῷ, quæ Hier. vertit, D *statuit in templo*; non enim quemadmodum ἔκτισεν πόλιν, ita ἔκτισεν προφήτας dici potest. De prophetis autem Autinoi elegans est Origenis contra Celsum locus lib. III, num. 36. Vide et Spartianum in Hadriano. Qui sequitur versus, *Antinoum autem in deliciis*, etc., penitus non habet cod. S. Crucis.

[7] Verius Samariæ urbs diceretur, quæ ab incolis *Mabortha*, olim *Sichem* est appellata.

[8] Bacchium tanquam Prisci cognomen accipit Hier. cum sit Patris Prisci nomen, quod affirmat Suidas apud Lipomanum parte II, et Valesius ex eo probat, quod plurali numero Justinus addit, τῶν ἀπο Φλαυίας, patrem nimirum et avum indicans.

(*a*) Quid sibi Græcus velit, non assequor. Videtur verba *in deliciis* pro *ædilicium*, dignitatis nomen, accepisse. Satis supine.

crucis non erubesceret; et alium librum (*Altera brevior*) successoribus ejusdem Antonini, M. Antonino Vero et L. Aurelio Commodo. Exstat ejus aliud volumen (*Oratio ad Græcos*) contra gentes, ubi de dæmonum quoque natura disputat: et quartum adversus gentes, cui titulum prænotavit Ἔλεγχος[1]: sed et alius de Monarchia Dei, et alius liber, quem prænotavit *Psalten*[2], et alius de Anima. Dialogus contra Judæos, quem habuit adversus Tryphonem principem Judæorum: sed et contra Marcionem insignia volumina, quorum Ireneus quoque quarto[3] adversus Hæreses libro meminit: et alius liber contra omnes hæreses[4], cujus facit mentionem in *Apologetico*, quem dedit Antonino Pio. Hic cum in urbe Roma haberet διατριβὰς[5], et Crescentem Cynicum, qui multa adversum Christianos blasphemabat redargueret gulosum, et mortis timidum, luxuriæque et libidinum sectatorem, ad extremum studio ejus et insidiis accusatus, quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit.

τῶν ἐθνῶν συνταγεῖσαν ἐπιδοῦναι, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ σταυροῦ μὴ αἰσχυνόμενος, καὶ ἄλλην βίβλον τοῖς τοῦ αὐτοῦ Ἀντωνίνου διαδόχοις, τουτέστι Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομόδῳ. Ἔστι καὶ ἄλλη αὐτοῦ βίβλος κατὰ τῶν ἐθνῶν, ἐν ᾗ περὶ τῆς φύσεως τῶν δαιμόνων διαλέγεται, καὶ τέταρτον λόγον ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν, ὃν ἐπέγραψεν Ἔλεγχος, καὶ ἄλλον περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας, καὶ ἄλλον ὠνόμασε Ψάλτην, καὶ ἕτερον περὶ τῆς ψυχῆς. Διάλογον κατὰ τῶν Ἰουδαίων, ὃν ἔχει κατὰ Τρύφωνος ἀρχηγοῦ τῶν Ἰουδαίων. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐπίσημα τεύχη, ὥντινων Εἰρηναῖος ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ κατὰ τῶν αἱρετικῶν μέμνηται. Καὶ ἄλλη βίβλος κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἧς μέμνηται ἐν τῷ Ἀπολογητικῷ, ὃν ἔδωκεν Ἀντωνίνῳ τῷ Πίῳ. Οὗτος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔχων τὰς διατριβὰς, εὐθύνων Κρήσκην (*f. leg.* Κρήσκεντα) τὸν Κυνικὸν, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν βλασφημοῦντα, καὶ καλῶν αὐτὸν λαίμαργον, καὶ τὸν θάνατον φοβούμενον, ἄσωτόν τε καὶ ἀκόλαστον, τέλος τῇ τούτου ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιβουλῇ ὡς Χριστιανὸς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἔπαθεν.

## CAPUT XXIV.

Melito Asianus, Sardensis episcopus, librum imperatori M. Antonino Vero, qui Frontonis[6] oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit. Scripsit quoque et alia, de quibus ista sunt, quæ subjecimus: de Pascha libros duos, de Vita prophetarum librum unum, de Ecclesia librum unum de Die Dominica librum unum[7], de Sensibus librum unum, de Fide librum unum, de Plasmate librum unum[8], de Anima et Corpore librum unum, de Baptismate librum unum, de Veritate librum unum, de Generatione Christi librum unum de Prophetia[9] sua librum unum, de Philoxenia librum unum, et alium **867** librum qui *Clavis* inscribitur; de Diabolo librum unum, de Apocalypsi Joannis librum unum περὶ Ἐνσωμάτου Θεοῦ librum unum[10], et Ἐκλογῶν libros sex.

Μελίτων Ἀσιανὸς, Σάρδεων ἐπίσκοπος, βίβλον βασιλεῖ Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ, ὃς Φρόντωνος τοῦ ῥήτορος μαθητὴς ἐγεγόνει, ὑπὲρ τοῦ τῶν Χριστιανῶν δόγματος ἐπέδωκεν. Ἔγραψε δὲ καὶ ἕτερα, ἀφ' ὧν τάδε ὑπετάξαμεν· περὶ τοῦ Πάσχα λόγους δύο, περὶ Βίου προφητικοῦ λόγον ἕνα, περὶ Ἐκκλησίας λόγον ἕνα, περὶ Ἡμέρας Κυριακῆς λόγον ἕνα, περὶ Διανοίας λόγον ἕνα, περὶ τῶν Πιστῶν λόγον ἕνα, περὶ Πλάσεως ἕνα περὶ Ψυχῆς καὶ σώματος ἕνα, περὶ Βαπτίσματος ἕνα, περὶ Ἀληθείας ἕνα, περὶ Γεννήσεως Χριστοῦ ἕνα, περὶ Προφητείας ἰδίας ἕνα, περὶ Φιλοξενίας ἕνα, καὶ ἕτερον λόγον ὃς ἐπιγράφεται Κλεὶς, περὶ Διαβόλου ἕνα, περὶ Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου ἕνα, καὶ περὶ τοῦ Ἐνσωμάτου Θεοῦ λόγον ἕνα, Ἐκλογῶν λόγους ἕξ. Τούτου τὴν

[1] Nunc inscribitnr Λόγος παραινετικὸς, quo nomine eum vocat etiam Damascenus in Parallelis.

[2] Veron. Ψάλτης, Græcis litteris. Intercidit autem hic liber, ut et sequens Εχολικὸν περὶ ψμχῆς, et quæ infra memorat, *contra Marcionem volumina*.

[3] Hactenus editi cum Græco interprete, *in quinto* non antiquiss. ms. noster castigat. Sane lib. IV, non V, hoc Justini opus laudat Irenæus cap. 14: Καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματί φησιν etc.

[4] Hunc librum *contra omnes hæreses* non recenset ms. S. Crucis. Certe non exstat hodie, sed nunquam fortasse in manus hominum venit. Illum ipse Justinus Apologia longiore intra domesticos parietes apud se habere dixit, et si oportuisset, editurum.

[5] Quod Tatianus apud Eusebium IV dixit τῇ μεγάλῃ πόλει, de Roma accipit Hier.; alii de Megalopoli Arcadiæ urbe, de qua alibi Tatianus malunt intelligere.

[6] Puto ut Frontonis ipsius calumnias confutaret; ille enim famosa Declamatione Christianos probris oneraverat. Ejus meminit Gellius, Julius Capitolinus, Ausonius aliique.

[7] Librum *de die Dominica* non enumerat cod. Veronensis, quem tamen Eusebius novit, et περὶ Κυριακῆς vocat l. IV, c. 26.

[8] Hunc de *Plasmate* librum Vatic. 342 non agnoscit: Veronens, noster de *Plasi* legit, veriore, ut arbitror, lectione. Eusebius vocat περὶ πλάσεως. Idem voluit exprimere Gemblacensis *de Phase*, ubi legend. *de Plasi*.

[9] Non ita videtur intelligendus Eusebius; non enim περὶ προφητείας αὐτοῦ dicit, sed αὐτοῦ περὶ προφητείας: quamvis et Rufinus vertat, *et de prophetia ejus*.

[10] Variant de hoc loco duo codices, Vatic. et S. Crucis, quorum alter ΚΑΙΤΟΙΤΕΡΙΕΝCΩΜΑΤΟΥ etc., ubi legend. καὶ τὸν περί, etc., alter verbis ἐνσωμάτου Θεοῦ statim subjungit, *de Æternitate Dei* τὸν ἕνα, *librum unum et Eclogarum*, etc. Scilicet ad oram libri, ut arbitror, hæc erat Græcorum verborum interpretatio, *de Incarnatione Dei* quam non satis assecutus librarius, qui eam in textum intrusit, legit, *de Æternitate*, etc., cujusmodi librum fuisse a Melitone scriptum, nusquam

εὐφυΐαν ἐπαινῶν **868** Τερτυλλιανὸς ἐν τοῖς ἑπτὰ λόγοις, οὓς ἔγραψε κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὑπὲρ Μοντανοῦ, λέγει ὅτι πολλοὶ τῶν ἡμετέρων νομίζουσιν αὐτὸν προφήτην.

A Hujus elegans et declamatorium ingenium Tertullianus in septem libris, quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, cavillatur, dicens eum [1] a plerisque nostrorum prophetam putari.

## CAPUT XXV.

Θεόφιλος ἕκτος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου, βίβλον κατὰ Μαρκίωνος συνέταξεν, ἥτις ἄχρι σήμερον τυγχάνει. Τούτου φέρεται καὶ πρὸς Αὐτόλυκον τρία τεύχη, καὶ κατὰ τῆς αἱρέσεως Ἑρμογένους λόγος εἷς, καὶ ἄλλαι βραχεῖαι βίβλοι, εἰς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀνήκουσαι. Ἀνέγνων ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ εἰς Εὐαγγέλιον καὶ εἰς Παροιμίας Σαλομῶνος ὑπομνήματα, ἅτινά μοι οὐ δοκοῦσι συμφρονεῖν τῇ εὐφυΐᾳ καὶ τῇ φράσει τῶν προειρημένων συγγραμμάτων.

Theophilus, sextus Antiochensis Ecclesiæ episcopus [2], sub imperatore M. Antonino Vero librum contra Marcionem composuit, qui usque hodie exstat [3]. Feruntur ejus et ad Autolycum tria volumina, et contra hæresim Hermogenis liber unus: et alii breves elegantesque tractatus ad ædificationem Ecclesiæ pertinentes. Legi sub nomine ejus in Evangelium et in Proverbia Salomonis Commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia et phrasi non videntur congruere. B

## CAPUT XXVI.

Ἀπολλινάριος, Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου ἤνθησεν, ᾧτινι καὶ ἐπίσημον τεῦχος ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἐπέδωκεν. Εἰσὶ καὶ ἕτεροι πέντε αὐτοῦ κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγοι, καὶ περὶ ἀληθείας δύο, καὶ κατὰ τῶν Φρυγῶν τότε πρῶτον ἀνακυψάντων ἅμα Πρισκίλλᾳ καὶ Μαξιμίλλᾳ ἀνοσίοις προφήταις, ἀρξαμένου Μοντανοῦ.

Apollinaris. Asiæ Hierapolitanus episcopus, sub imperatore M. Antonino Vero floruit, cui et insigne volumen pro fide Christianorum dedit. Exstant ejus et alii quinque adversum gentes libri et de veritate, duo. adversum Cataphrygas [4] tunc primum exertos cum Priscilla et Maximilla insanis vatibus incipiente Montano.

## CAPUT XXVII.

Διονύσιος, τῆς κατὰ Κόρινθον Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, τοσοῦτον εὐφραδὴς καὶ σπουδαῖος ἐγένετο, ὥστε μὴ μόνον τοὺς λαοὺς τῆς ἰδίας **869** πόλεως καὶ ἐπαρχίας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων δι' οἰκείων ἐπιστολῶν πεπαιδευκέναι, ἀφ' ὧν ἐστι μία πρὸς Λακεδαιμονίους, ἄλλη πρὸς Ἀθηναίους, τρίτη πρὸς Νικομηδεῖς, τετάρτη πρὸς Κρῆτας, πέμπτη πρὸς Ἀμαστριανὴν Ἐκκλησίαν καὶ ἑτέρας Πόντου Ἐκκλησίας, ἕκτη πρὸς Κνωσσιανοὺς καὶ

Dionysius, Corinthiorum Ecclesiæ episcopus, tantæ eloquentiæ et industriæ fuit, ut non solum suæ civitatis **870** et provinciæ populos, sed et aliarum urbium et provinciarum [5] episcopos epistoC lis erudiret. Ex quibus est una ad Lacedæmonios, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedienses, quarta ad Cretenses, quinta ad Ecclesiam Amastrianam [6] et ad reliquas Ponti Ecclesias, sexta ad Cnossianos et ad Pinytum ejusdem urbis episcopum, septima

reperire est. Hinc adeo novum suppetit argumentum contra doctissimos viros. Cotelerium. Valesium, aliosque, qui interpretantur *de Deo Corporeo* et Melitoni Anthropomorphitarum errorem tribuunt. Jam si corporalem Deum probare Melito voluisset, nunquam vocabulo ἐνσωματίου usus esset, quod proprie *carne indutum*, ut Rufinus vertit, sive *incarnatum* sonat. Sed nec ipse Hieronymus nudum libri titulum recensuisset, si tam pravæ hæreseos dogmata contineret. Negotium facessit tamen Origenis apud Theodorit. quæst. 20 in Gen. testimonium: « Melito qui scripta reliquit de eo quod Deus corporeus sit; » et aliud Gennadii c. 4, D lib. I, *de Eclcesiasticis Dogm.*: « Nihil in Trinitate credamus corporeum, ut vult Melito et Tertullianus. »

[1] Contrario sensu, eoque inepto, hactenus obtinuit in editis libris: *Hujus elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit eum.* etc. Emendant, verbis *laudans* et *dicit* Substituentes *cavillatur*, codices antiquissimi. Veronensis et Vaticanus, tum penes Salomonem Cyprianum unus Guelpherbytanus, et quos probat Suffridus Petri, Gemblacensis et Sigebergensis, quorum sequi fidem, multo concinniore lectione, placuit. Porro omnia Melitonis opera, si pauca quædam fragmenta excipias, interciderunt.

[2] Hunc in epist. 121. ad Algasiam, quæst. 6, *septimum* dicit Antiochensis Ecclesiæ episcopum: scilicet ibi Petrum una computat, hic eximit.

[3] Hodie amplius non habetur, quemadmodum neque alia quæ deinceps numerantur opera, præter volumina illa tria ad Autolycum. Librum alium *de Temporibus* eidem Autolyco inscriptum quidam memorant ex Lactantii testimonio lib. I, *de falsa Religione*, non animadvertentes tertium e tribus superioribus eum ipsum esse, qui temporum seriem texit, quique adeo Lactantio laudatur.

[4] Sigebergensis ms. penes Suffridum Petri *tres de veritate, duos adversum Cataphrygas* numerat libros. Sed et hi, et quos Eusebius memorat, duo πρὸς Ἰουδαίους, et cætera Apollinaris scripta deperierunt.

[5] Absunt a Vatic., *et provinciarum episcopos*; a Veronens. autem, aliisque, quos consuluimus, tantum *episcopos*. Hanc vocem neque Græcus interpres novi, neque ratio illa probat: unde malim tot codicum auctoritate expungi. Eusebius quoque, *et aliarum regionum et urbium insulas* dixit; nec revera epistolæ illæ seorsim ad episcopos scriptæ sunt, sed pleræque ad Ecclesias.

[6] Idem Vatic. cum Sigebergensi *Amasdrinam*. Ex his omnibus epistolis quædam tantum fragmenta apud Eusebium supersunt.

ad Romanos, quam scripsit ad Soterem episcopum eorum, octava ad Chrysophoram, sanctam feminam. Claruit sub impp. M. Antonino Vero et L. Aurelio Commodo.

A Πινυτὸν τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπον, ἑβδόμη. πρὸς Ῥωμαίους, ἣν ἔγραψε πρὸς Σωτῆρα τὸν τούτων ἐπίσκοπον, ὀγδόη πρὸς Χουσοφόραν εὐλαβῆ γυναῖκα. Διέπρεψεν ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου καὶ Λουκίου Αὐρηλίου Κομόδου.

## CAPUT XXVIII.

Pinytus Cretensis, Cnossiæ urbis episcopus, scripsit ad Dionysium [1] Corinthiorum episcopum valde elegantem epistolam: in qua docet, non semper lacte populos nutriendos, ne quasi parvuli ab ultimo occupentur die; sed et solido vesci debere cibo, ut in spiritalem proficiant senectutem. Et hic sub M. Antonino Vero et L. Aurelio Commodo floruit.

Πινυτὸς Κρήτης, Κνωσσοῦ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, ἔγραψε πρὸς Διονύσιον Κορίνθου ἐπίσκοπον πάνυ κομψὴν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ διδάσκει, οὐκ ἀεὶ δεῖν τοὺς λαοὺς γάλακτι τρέφεσθαι, μήπως ὡς νήπιοι τῇ ἐσχάτῃ καταληφθῶσιν ἡμέρᾳ, ἀλλὰ καὶ στερεῷ βρώματι, ἵνα εἰς πνευματικὸν προκόψωσι γῆρας. Καὶ οὗτος ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἤνθησεν.

## CAPUT XXIX.

B Tatianus [2], qui primum oratoriam docens, non parvam sibi ex arte rhetorica gloriam comparaverat, Justini Martyris sectator fuit, florens in Ecclesia, quandiu ab ejus latere non discessit. Postea vero, inflatus eloquentiæ tumore [3], novam condidit hæresim quæ Ἐγκρατιτῶν dicitur, quam postea Severus auxit, a quo ejusdem partis hæretici Severiani usque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita scripsit volumina, e quibus unus contra Gentes florentissimus exstat liber, qui inter omnia opera ejus fertur insignis. Et hic sub imperatore M. Antonino Vero et L. Aurelio Commodo floruit.

Τατιανὸς ὃς πρώην τὴν ῥητορικὴν διδάσκων, οὐκ ἐλαχίστην ἐκ τῆς ῥητορικῆς ἐπιστήμης δόξαν ὠνήσατο, Ἰουστίνου τοῦ Μάρτυρος σπουδαστὴς γέγονε, διαπρέπων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐν ὅσῳ τῆς τούτου πλευρᾶς οὐκ ἀπέστη. Ὕστερον δὲ τῷ ὄγκῳ τῆς παιδεύσεως ἐπαρθεὶς, καινὴν συνεστήσατο αἵρεσιν, λέγω δὴ τῶν Ἐγκρατιτῶν, ἣν μετέπειτα Σεβῆρος ἐπηύξησεν, ἀφ' οὗ ἄχρι τοῦ παρόντος οἱ τούτου τοῦ μέρους αἱρετικοὶ Σεβηριανισταὶ ὀνομάζονται. Ὁ δὲ προειρημένος Τατιανὸς πάμπολλα συνεγράψατο τεύχη, ἀφ' ὧν ἐστι κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγος εἷς πάνυ θαυμαστὸς, ὃς μεταξὺ πάντων αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων ἐπίσημός ἐστι. Καὶ οὗτος βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου καὶ Αὐρηλίου Κομόδου ἤνθησεν.

## CAPUT XXX.

C Philippus, episcopus Cretensis, hoc est, urbis Gortynæ [4], cujus Dionysius **871** in epistola sua meminit, quam scripsit ad ejusdem civitatis Ecclesiam, præclarum adversus Marcionem edidit librum [5] temporibusque M. Antonini Veri et L. Aurelii Commodi claruit.

Φίλιππος, ἐπίσκοπος Κρήτης πόλεως Γορτύνης οὗτινος Διονύσιος ἐν τῇ ἐπιστολῇ **872** αὐτοῦ μέμνηται, ἣν ἔγραψε πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν προειρημένης πόλεως, ἔνδοξον πάνυ κατὰ Μαρκίωνος ἐξέδωκε βίβλον (*forte supplendum* καὶ) ἐν τοῖς καιροῖς τῶν προειρημένων διέπρεψεν.

## CAPUT XXXI.

Musanus [6] non ignobilis inter eos, qui de ecclesiastico dogmate scripserunt, sub imperatore M. Antonino Vero confecit librum ad quosdam fratres [7], qui de Ecclesia ad Encratitarum hæresim declinaverant.

Μουσανὸς, οὐκ ἄδοξος μεταξὺ τῶν περὶ ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος συγγραψαμένων. ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου κατεσκεύασε βίβλον πρός τινας ἀδελφούς, τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὴν τῶν Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν κατανευσάντων.

## CAPUT XXXII.

Modestus et ipse sub imperatore M. Antonino et L. Aurelio Commodo, adversum Marcionem scripsit librum [8], qui usque hodie perseverat. Feruntur sub

Μοδεστὸς καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἀντωνίνου καὶ Κομόδου κατὰ Μαρκίωνος συνέταξε βίβλον, ἥτις ἄχρι σήμερον ὑπάρχει. Φέρεται καὶ ἄλλα αὐτοῦ συγγάμμα-

[1] Interiit temporis injuria hæc epistola, qua Dionysianæ, cujus meminit superiore capite, respondebat. Vid. Euseb. IV, 23.

[2] Miræus et quidam codd. habent *Tatianus hæresiarcha*, vel *hæresiarches*. Confer Hieron. in Joel. I, Amos II, III, Osee VII, et Galat. VI.

[3] Cod. Veronens., *elatus eloquentia et tumore*. Vid. Irenæum, I. I, c. 32, ex eoque Eusebium IV. 29. Ex innumeris Tatiani scriptis primas obtinuit *Diatessaron*, quod S. Ephræm Commentario illustravit, qui hodiedum Syriace dicitur exstare. Vid. Catalog. Ebediesu, cap. 3.

[4] Erat nempe Gortyna Cretæ metropolis. Recole de Dionysii epistola cap. 27.

D [5] Ætatem non tulit.

[6] *Mosyanus* in Vatic. dicitur; Veronens, *Musyanus*, Eusebio Μουσανός. Mox idem Veronens., *qui ecclesiastica dogmata scripserunt*.

[7] Plerique editi libri *adversus quosdam fratres*: dessentientibus nostris, aliisque magno numero mss ipsoque Eusebio, qui præpositione πρὸς utitur. Opus istud Musani, quod vocat Euseb. ἐπιτρεπτικώτατον, amplius non exstat.

[8] Nihil ex hujus Modesti scriptis superest hodie Plerique autem mss. legunt συγγράμματα et ψευδεπίγραφα, quas voces et Sophronius retinuit, et immutare juxta Martianæum, in συντάγματα et ψευδογραφα nulla necessitas cogit.

τά, ἅτινα παρὰ τῶν πεπαιδευμένων ψευδεπίγραφα A ἀποδοκιμάζεται.

nomine ejus et alia syntagmata, sed ab eruditis quasi ψευδόγραφα repudiantur.

## CAPUT XXXIII.

Βαρδησάνης ἐν Μεσοποταμίᾳ λαμπρὸς φανεὶς, πρῶτον μὲν Βαλεντίνου σπουδαστὴς, ὕστερον δὲ ἀντίπαλος, καινὴν αἵρεσιν συνεστήσατο. Τούτου παρὰ τῶν Σύρων θερμοτάτη κηρύττεται εὐφυΐα καὶ ἐν διαλέξει σφοδροτάτη. Ἔγραψε πάμπολλα κατὰ πασῶν σχεδὸν τῶν αἱρέσεων τῶν ἐπὶ τῶν χρόνων αὐτοῦ ἀνακυψασῶν, ἐν οἷς περιφανὴς ἐστι καὶ γενναῖος ὁ λόγος, ὃν Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ περὶ Μοίρας ἐπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλά περὶ διωγμοῦ τεύχη, **873** ἅπερ οἱ τούτου σπουδασταὶ ἀπὸ τῆς Σύρας εἰς Ἑλληνικὴν διάλεξιν μετέφρασαν. Ὅπου δὲ τοσαύτη ἰσχύς ἐστι καὶ λαμπρότης ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, πόσην νομίζομεν ἐν τῷ οἰκείῳ λόγῳ ἔχειν ἀρε- B τὴν (a);

Bardesanes in Mesopotamia [1] clarus habitus est, qui primum Valentini sectator, deinde confutator, novam hæresim condidit [2]. Ardens ejus a Syris prædicatur ingenium, et in disputatione vehemens. Scripsit [3] infinita adversum omnes pene hæreticos, qui ætate ejus pullulaverant. In quibus clarissimus ille et fortissimus liber [4], quem M. Antonino [5] *de Fato* tradidit: **874** et multa alia super persecutione volumina, quæ sectatores ejus de Syra lingua verterunt in Græcam. Si autem tanta vis est et fulgor in interpretatione, quantam putamus in sermone proprio?

## CAPUT XXXIV.

Βίκτωρ, τρισκαιδέκατος Ῥώμης ἐπίσκοπος, περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ζητήσεως, καὶ ἄλλα τινὰ συνέταξε τεύχη· ἐκυβέρνησε τὴν Ἐκκλησίαν βασιλεύοντος Σεβήρου ἐπ᾽ ἔτη δέκα.

Victor, tertius decimus Romanæ urbis episcopus [6], super quæstione Paschæ et alia quædam scribens opuscula [7], rexit Ecclesiam sub Severo principe [8] annis decem.

## CAPUT XXXV.

Εἰρηναῖος, Ποθεινοῦ τοῦ ἐπισκόπου Λουγδούνων τῆς ἐν Γαλλίαις Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, παρὰ τῶν μαρτύρων τῆς εἰρημένης πόλεως, διά τινας ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας, πρεσβευτὴς εἰς Ῥώμην σταλεὶς, ἐπ᾽ ὀνόματι οἰκείῳ δεξάμενος ἐπιστολάς γεμούσας τιμῆς, πρὸς Ἐλεύθερον ἐπίσκοπον Ῥώμης

Irenæus, Pothini episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat Ecclesiam, presbyter, a martyribus ejusdem loci, ob quasdam Ecclesiæ quæstiones legatus Romam missus, honorificas super nomine C suo ad Eleutherum episcopum perfet litteras. Postea. jam Pothino prope nonagenario ob Chris-

[1] Membranæ Veronenses, *Mesopotamiæ*, cujus locutionis exempla optimi scriptores Latini suppeditant.

[2] Veronem. duoque alii cod., *novam ipse hæresim condidit*. Quæ autem essent novæ ejus hæreseos placita, difficile dictu est. Ex Marino Bardesianista in *Dialogo de recta fide* intelligas, duo illum admisisse principia, sive ῥίζας, radices, quarum una duntaxat bona esset, scilicet *Deus*. Delatam dixisse de cœlo Christi carnem, non ex Maria sumptam. Denique mortuorum resurrectionem fuisse inficiatum. Sed hæc eadem deliria e Valentini, a qua defecerat, schola promanabant. Singulare unum de eo adnotat Epiphanius, quod *uteretur Lege et Prophetis, Veteri ac novo Testamento, et apocryphis quibusdam*, quod certe Valentiniani non admittebant. D

[3] Nonnulla ex his nominat S. Ephræm Syrus, qui ejus sectæ errores sæpius impugnat.

[4] In aliis libris *florentissimus*. At Eusebius, lib. IV, cap. ultimo, ex quo hæc Hieronymus hausit, ἱκανώτατον vocat: Rufinus *potentissimum*, quemadmodum et vetus Irenæi interpres *potentissimam* dixit S. Clementis ad Corinthios Epistolam.

[5] Sunt docti viri, qui hunc Antonium nihil minus fuisse quam imperatorem velint, et perperam scriptum ab Hieronymo *Marcum Antoninum* quem Eusebius duntaxat *Antoninum* dicit, quemdam, ut autumant, eo nomine Bardesanis socium. Nam et lib. VI *Præparat. Evang.*, cap. 9, postquam hujusmet libri *de Fato* fragmentum attulisset luculentissimum, ita subdit, Bardesanem philosophari solitum ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἑταίρους διαλόγοις, *in dialogis ad amicos*. Ad hæc Valesio minime est virisimile, libros Syro sermone scriptos imperatori Romano potuisse nuncupari: quod quidem argumentum et me movit aliquando. Verum si putes innui M. Antonium Elagabalum, qui apud Phœnices solis sacerdos fuit Syrumque adeo sermonem optime noverat, jam nihil erit. Quod spectat Eusebi testimonium, personæ quæ in dialogis colloquentes inducuntur, minime omnium vetant, quin liber ipse alteri possit inscribi. In hoc autem *de Fato* non præsumptus Antoninus, sed Philippus nescio quis disserit, uneque ex hoc capite aliquid evincant, qui in contraria opinione versantur. Cætera optime quadrans Hieronymianæ sententiæ, atque ipsa cum primiit ratio temporis, siquidem auctor Chronici Edessenc natum tradit Bardesanem auno Græcorum 465, hoe est Christi 154. Abgaro Maani filio familiarem fuisst testatur Epiphanius hæri 66, eique consenti, D Eusebius lib. V *Præpar.*, cap. 10, ubi legem cui sanciendæ regi auctor fuerat Bardesanes, ne quis se in posterum eviraret, durasse ait *ad tempora Antonii Cæsaris, non Pii appellati, sed Veri*. Quin etiam tradit idem Epiphanius, illum, cum orthodoxe sentiret, usque adeo flagrasse zelo Dei, aut audire recusarit Apollonium Antonini imperatoris amicum suadentem, ut se Christianum esse negaret. Porro hic ejus *liber de Fato* adversus Abidan fati assertorem est editus.

[6] Scilicet Petro una non computato. Idem in Chronic. tradit.

[7] Puta epistolas ad Orientales episcopos, quibus Judaicum Pascha luna 14 Martii celebrari vetabat. Sed ex ejus scriptis nihil ad nos pervenit.

[8] Veronens., *sub Antonino Vero principe*. Perperam; ab anno enim 180 Antoninus Verus jam imperare desierat et vivere, testibus Tertulliano ac Dione.

(a) Græcus interpres addit *virtutem*.

stum martyrio coronato, in locum ejus substituitur. Constat autem Polycarpi, cujus supra fecimus mentionem [1], sacerdotis et martyris, hunc fuisse discipulum. Scripsit quinque adversus hæreses libros [2], et contra gentes volumen breve, et de disciplina aliud [3], et ad Martianum fratrem de apostolica prædicatione, et librum variorum tractatuum, et ad Blastum de Schismate [4], et ad Florinum de Monarchia, sive quod Deus non sit conditor malorum, et de Ogdoade [5] egregium commentarium, in cujus fine significans se apostolicorum temporum vicinum fuisse, sic subscripsit [6] : « Adjuro te, qui **875** transcribis librum istum, per Dominum Jesum Christum, et per gloriosum ejus adventum, quo judicaturus est vivos et mortuos, ut conferas, postquam transcripseris, et emendes illum ad exemplar, unde scripsisti [7], diligentissime : hanc quoque obtestationem similiter transferas, ut invenisti in exemplari. « Feruntur ejus et aliæ ad Victorem episcopum Romanum de quæstione Paschæ epistolæ : in quibus commonet eum, non facile debere unitatem collegii scindere. Siquidem Victor [8] multos Asiæ et Orientis episcopos, qui decima quarta luna cum Judæis Pascha celebrabant, damnandos crediderat. In qua sententia hi, qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus [9]. Floruit maxime sub Commodo principe, qui M. Antonino Vero in imperium successerat.

A ἀπηνέγκατο. Μετὰ δὲ ταῦτα Ποθεινοῦ σχεδόν ἐνενηκονταετοῦς μαρτυρήσαντος, εἰς τὸν τούτου τόπον ὑπεισέρχεται. Ὡμολόγηται δὲ Πολυκάρπου, οὗτινος προεμνήσθημεν, γεγενῆσθαι μαθητής. Ἔγραψε πέντε κατὰ τῶν αἱρετικῶν βίβλους καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν τεῦχος βραχύ, καὶ περὶ ἐπιστήμης ἕτερον, καὶ πρὸς Μαρκιανὸν ἀδελφὸν περὶ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος, καὶ βίβλον ποικίλων ὁμιλιῶν, καὶ πρὸς Βλάστον περὶ Σχίσματος, καὶ πρὸς Φλωρῖνον περὶ Μοναρχίας, καὶ Ὅτι ὁ Θεὸς κτίστης κακῶν οὐκ ἔστι, καὶ περὶ Ὀγδοαστῶν ἐξαίρετον σύνταγμα· ἐν τῷ τέλει δὲ τοῦ αὐτοῦ συντάγματος ὑπέγραψεν οὕτως. « Ὁρκῶ σε τὸν μεταγράφοντα ταύτην τὴν βίβλον κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου ἐλεύσεως αὐτοῦ, ἐν ᾗ κρινεῖ ζῶντας B καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς μετὰ τὸ γράψαι, καὶ ἐκδιορθώσῃς πρὸς τὰ ἀντίγραφα, ἀφ' ὧν ἔγραψας, **876** ἐπιμελῶς, καὶ ταύτην τὴν κατάκρισιν ὁμοίως μεταγράψῃς, καθὼς εὗρες ἐν τοῖς ἀντιγράφοις. » Φέρονται αὐτοῦ καὶ ἄλλαι πρὸς Βίκτωρα ἐπίσκοπον Ῥώμης περὶ ζητήσεως τοῦ Πάσχα ἐπιστολαὶ, ἐν αἷς παραινεῖ αὐτῷ, μὴ ῥᾳδίως ὀφείλειν τὴν ἕνωσιν τῆς ἑταιρότητος διασχίσαι. Καὶ δὲ Βίκτωρ πολλοὺς τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Ἀνατολῆς ἐπισκόπους καθεῖλεν, οἵτινες τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ Πάσχα ἐπετέλεσαν. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ τοὺς διαφωνήσαντας μὴ συναινέσαι Βίκτωρι. Ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κομόδου βασιλέως, ὅστις εἰς τόπον Ἀντωνίνου Βήρου ὑπεισῆλθεν.

## CAPUT XXXVI.

Pantænus [10], Stoicæ sectæ philosophus, juxta quamdam veterem in Alexandria consuetudinem, ubi a Marco evangelista semper ecclesiastici fuere doctores, tantæ prudentiæ et eruditionis tam in Scripturis divinis, quam in sæculari litteratura fuit, ut in Indiam quoque, rogatus ab illius gentis legatis, a Demetrio Alexandriæ episcopo mitteretur. Ubi reperit, Bartholomæum de duodecim apostolis adventum Domini nostri Jesu Christi juxta Matthæi Evangelium prædicasse, quod Hebraicis lit-

C Πανταῖνος, Στωϊκοῦ δόγματος φιλόσοφος, κατά τινα παλαιὰν τῶν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν, ἐν ᾗ ἀπὸ Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐκκλησιαστικοὶ γεγόνασι διδάσκαλοι, τοσαύτης σοφίας καὶ παιδεύσεως, τοῦτο ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς κοσμικοῖς γράμμασιν ἐντὸς γέγονεν, ὥστε παρακληθέντα (Al. περικληθέντα) αὐτὸν παρὰ τῶν Ἰνδίας πρεσβυτέρων, ὑπὸ Δημητρίου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου εἰς τὴν Ἰνδίαν ἀποσταλῆναι, ἐν ᾗ εὗρε Βαρθολομαῖον ἐκ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, τὴν ἔλευ-

[1] Supra cap. 17.

[2] Exstat hujus libri Latina vetus interpretatio, et pauca quædam fragmenta : cætera omnia Irenæi scripta interciderunt.

[3] Unus tantum Eusebio est liber, idemque cum superiore *contra Gentes*.

[4] Corruptius, quam ut lectorem moneri oporteat, Cod. Veronens. *de Chrismate*. Contra, Euseb. v, 20, πρὸς Βλάστον περὶ Σχίσματος. Nec minus vitiose paulo supra Guelpherbytanus *ad. Marcionis fraudem* pro *Martianum fratrem*. Eusech. v, 26 : Ἄλλος ὃν ἀνατέθεικεν ἀδελφῷ Μαρκιανῷ τοὔνομα, etc.

[5] Nonnuli mss. *de Octava* legunt cum Martianæo. Eusebius περὶ Ὀγδοάδος, quam vocem vetus Irenæi interpres *octonationem*, reddit. Item alii mss σύνταγμα habent, alii *contrarium*. — *Et de octava egregium*. Mss. libri hic nullam retinent vocem Græcam pro *octava* ; sed plures pro *Commentarium* legunt σύνταγμα, vel *syntagma*, aut *Commentarium*, σύνταγμα. MARTIAN.

[6] *Euseb.* v, 20 : Ὁρκίζω σε τόν μεταγραψόμενον τὸ Βιβλίον τοῦτο κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃ αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο ὅθεν μετεγράψω, ἐπιμελῶς. Καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψεις καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντι- D γράφῳ.

[7] Veronens., *unde transcripsiti* : Irenæus μετεγράψω. Idem supra *per Dominum nostrum Jesum*, etc. Græco textu et interprete suffragantibus.

[8] Recole cap. 34.

[9] Veronen., *non dederant*.

[10] Philippus Sidetes, in quam urbem Academia Christiana, spreta propemodum Alexandria, migraverat, paulo diversa ab his Hieronymi sive Eusebii tradit : Pantænum scilicet primo civem et philosophum Atheniensem, secta Pythagoreum. dende Alexandrinæ scholæ catechisten, et Clementis Alexandrini discipulum exstitisse. Vid. infra, cap. 38.

σιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ κατὰ τὸ Ματθαίου Εὐαγγέλιον κηρύξαντα, ὅπερ Ἑβραϊκοῖς γράμμασι γεγραμμένον, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀναζεύξας, μεθ' ἑαυτοῦ ἐκόμισε. Τούτου πολλὰ ὑπομνήματα εἰς τὰς θείας Γραφὰς τυγχάνει, ἀλλὰ μᾶλλον ζώσῃ φωνῇ τὰς Ἐκκλησίας ὠφέλησεν. Ἐδίδαξεν ἐπὶ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐπίκλην Καρακάλου.

A teris scriptum, revertens Alexandriam secum detulit[1]. Hujus multi quidem in sanctam Scripturam exstant commentarii: sed magis viva voce Ecclesiis profuit[2]. Docuitque sub Severo principe et Antonino, cognomento Caracalla.

## CAPUT XXXVII.

**877** Ῥόδων, Ἀσιανὸς, παρὰ Τατιανῷ τῷ ἀναφερομένῳ, ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς παιδευθεὶς, ἐξέδωκε μὲν πάμπολλα, ἐξαίρετον δὲ κατὰ Μαρκίωνος σύνταγμα, ἐν ᾧ ἐξηγεῖται, ὅπως καὶ αὐτοὶ εἰς ἑαυτοὺς Μαρκιωνισταὶ διαφωνοῦσι, καὶ τὸν Ἀπελλῆν τὸν γέροντα ὁμοίως αἱρετικὸν συντετυχηκέναι αὐτοῖς, καὶ καταγέλαστον γεγνῆσθαι, εἰρηκότα ὅτι τὸν Θεὸν ὃν σέβει, ἀγνοεῖ. Μέμνηται ἐν τῇ αὐτῇ B βίβλῳ, ἣν ἔγραψε πρὸς Καλλιστίωνα, Τατιανοῦ γεγενῆσθαι ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀκροατὴς, καὶ εἰς τὴν Ἑξαήμερον δὲ κομψὰς ὁμιλίας συνέταξε, καὶ κατὰ τῶν Φρυγῶν ἐπίσημον ἔργον, ἀνθήσας ἐπὶ τῶν χρόνων Κομόδου καὶ Σεβήρου.

**878** Rhodon, genere Asianus, a Tatiano, de quo supra diximus[3], Romæ in Scripturis eruditus, edidit plurima: præcipuumque adversus Marcionem opus, in quo refert, quomodo ipsi quoque inter se Marcionitæ discrepent; et Apellem senem alium hæreticum a se quondam fuisse conventum[4], et risui habitum, eo quod Deum, quem coleret, ignorare se diceret[5]. Meminit in eodem libro, quem scripsit ad Callistionem, Tatiani se Romæ fuisse auditorem[6]. Sed et in Hexaemeron elegantes tractatus composuit et adversum Phrygas[7] insigne opus; temporibusque Commodi et Severi floruit.

## CAPUT XXXVIII.

Κλήμης, Ἀλεξανδρείας πρεσβύτερος, Πανταίνου, περὶ οὗ προείπομεν, ἀκροατὴς, ὃς μετὰ τὴν τούτου τελευτὴν τὰς διατριβὰς τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίας κατέσχε, καὶ κατηχήσεων διδάσκαλος γέγονεν. Ἐπίσημά τε τεύχη, παιδεύσεως καὶ εὐγλωττίας ἀνάμεστα συνέταξε, τοῦτο μὲν τῶν θείων, τοῦτο δὲ καὶ κοσμικῶν, ἀφ' ὧν ἐστι τάδε· Στρωμα-

Clemens, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, Pantæni, de quo supra retulimus, auditor, post ejus mortem Alexandriæ ecclesiasticam scholam tenuit[8], et κατηχήσεων magister fuit. Feruntur ejus insignia volumina, plenaque eruditionis et eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quam de sæcularis litteraturæ instrumento. E quibus illa sunt, Στρω-

[1] Al. ut in Veronens. ms. *retulit*. Euseb. v, 10, C ad Pantæni usque ætatem illud Evangelium in India servatum docet, ἣτ καί σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον, non inde ab illo translatum Alexandriam. Concinit Nicephorus, lib. II. c. 22. Vide quæ supra adnotamus cap. 2, etc.

[2] Hodie nihil exstat, raro etiam invenias, qui ejus operum meminerit. In excerptis Theodori hæretici in calce Clem. Alexand. fragmentum videtur haberi, ubi Πανταῖνος δὲ ἡμῶν ἔλεγεν, etc. Primus dicitur docuisse, tempore præsenti pro præterito ac futuro prophetas uti: quam deinceps prophetarum interpretes regulam secuti sunt.

[3] Supra, cap. 29. Confer. Eusebium lib. v. c. 13.

[4] *Fuisse conventum*. Sangermanensis codex cum aliis nonnullis legit *convictum*. Unus Ambrosianæ bibliothecæ habet in margine *victum*, in textu *conventum*. MARTIAN. — Reposui *conventum* ex D antiquioribus mss., quod emendare se putantes nuperi editores ex aliis codicibus depravant in *convictum*. Nec dissentit reposita lectio ab Eusebii ἠλέγχθη; consonat vero cum Sophronii versione συντετυχηκέναι. Sic Anastasius papa in epistola primum a nobis edita inter Hieronymianas 104: « Conventus, inquit, litteris memorati (Theophili) convenio sanctitatem tuam. »

[5] Non ἁπλῶς ignorare se Deum, quem coleret, Apelles, Eusebio teste, dixerat, *sed nescire qua ratione unus esset ingenitus Deus, sed tamen ita credere*. Cœterum de ejus doctrina vide auctorem Appendicis ad Tertulliani librum *de Præscriptionibus*, cap. 51. Auctor Indiculi *Hæreseon* sub Hieronymi nomine hunc S. Doctoris locum exscripsit.

[6] Perperam in Veronensi ms. *adjutorem* r. Recole Eusebium loco laudato.

[7] Alibi *Cataphrygas*, cum vetustiss. exemplaribus Porro S. Doctor a Valesio reprehenditur, quod Rhodoni tribuat librum, cujus auctorem τινὰ, *unum quemdam* absque nomine Eusebius dixit lib. v, cap. 16. Liber ille Abercio Marcello nuncupatur, ex quo alii autumant, ab Asterio quodam Urbano fuisse compositum, quod apposita sub finem ejus capituli Eusebiani nota videtur utcumque asserere. Contra Rufinus, et Nicephorus, lib. IV, cap. 23, ut jam nihil de recentioribus, Bariano atque aliis, dicam, Apollinarem Hierapolitanum ejus auctorem faciunt, eo ducti argumento, quod paulo antea scripsisse illum adversus Cataphrygas ipse Eusebius testetur. Mihi utraque opinio Historici menti ac textui vim facere visa est, et Hieronymi sententia cæteris præferenda. Facile enim potuit, ex aliis monumentis, vel ex ipso Rhodonis libro, auctorem, quem Eusebius nescierat, didicisse. Fallitur enimvero Valesius ipse, qui S. Doctorem inconstantiæ arguit, quasi eumdem hunc librum infra, cap. 40, Apollonio tribuat; alius enim ille est, quem scriptum ab Apollonio adversus Cataphrygas memorat Eusebius ipse, lib. v, cap. 18.

[8] Notatum est supra, cap. 36, e contrario traditum a Philippo Sidete, non Pantæno Clementem, sed Clementi Pantænum in Alexandrinæ scholæ præfectum successisse: plerosque autem eruditos ab Eusebii et Hieronymi partibus stare. Cl. Fabrictus utrumque auctorem conciliari invicem posse putat, si Pantæno in Indiam profecto Clemens scholæ suffectus intelligatur, quam ille redux denuo susceperit, et rursum regendam Clementi mortem obiens reliquerit.

ματεῖς, libri octo ; Ὑποτυπώσεων libri octo ; adversus Gentes, liber unus ; Pædagogi libri tres, de Pascha liber unus, de jejunio disceptatio [1],et alius inscribitur *Quisnam dives ille sit, qui salvetur* ; de obtrectatione liber unus, de Canonibus ecclesiasticis, et adversum eos [2], **879** qui Judæornm sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro, Hierosolymorum episcopo προσεφώνησε [3]. Meminit autem, in Stromatibus suis, voluminis Tatiani adversus gentes, de quo supra diximus, et Casiani [4] cujusdam χρονογραφίας,quod opusculum [5] invenire non potui. Necnon et de Judæis Aristobulum [6] quemdam et Demetrium et Eupolemum scriptores adversus gentes refert, qui in similitudinem Josephi ἀρχαιογονίαν Moysi et Judaicæ gentis asseverant. Exstat Alexandri Hierosolymorum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, congratulantis eis, in qua ponit in fine [7] : « Hæc vobis, domini ac fratres, scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem et probatum, quem vos quoque scitis, et nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset juxta providentiam et visitationem Dei, confirmavit et auxit Domini Ecclesiam. » Constat,Origenem hujus fuisse discipulum. Floruit autem Severi et Antonini filii ejus temporibus.

A τεῖς ὀκτὼ, Ὑποτυπώσεων λόγοι ὀκτὼ, κατὰ τῶν Ἐθνῶν, Παιδαγωγοὶ τρεῖς, περὶ τοῦ Πάσχα εἷς, περὶ Νηστείας διάλεξις, καὶ ἕτερος ἐπιγραφόμενος Τίς ἄρα πλούσιος σωθήσεται, περὶ Κακολογίας λόγος εἷς, περὶ Κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, καὶ κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ λόγον, ὅντινα ἰδικῶς Ἀλεξάνδρῳ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων προσεφώνησε. **880** Μέμνηται δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις Στρώμασι τοῦ τεύχους Τατιανοῦ τοῦ προειρημένου κατὰ τῶν Ἐθνῶν, καὶ Κασσιανοῦ τινος χρονογραφίας, ὅπερ ἐν τοῖς παλαιοῖς εὑρεῖν οὐκ ἐδυνήθημεν. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ Ἰουδαίους Ἀριστόβουλόν τινα καὶ Δημήτριον, καὶ Εὐπόλεμον ἀναφέρει, οἷα κατὰ τῶν ἐθνῶν συγγραψαμένους καθ' ὁμοιότητα Ἰωσήπου, ἀρχαιογονίας Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους. Ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρου Ἱεροσολύμων ἐπισκό- B που ὃς μετὰ Νάρκισσον ὕστερον προέστη τῆς Ἐκκλησίας, Ἐπιστολὴ περὶ χειροτονίας Ἀσκληπιάδου ὁμολογητοῦ, πρὸς Ἀντιοχέας, συγχαίροντος αὐτοῖς, ἐν ᾗ εἰς τὸ τέλος οὕτως λέγει· « Ταῦτα ὑμῖν, κύριοι ἀδελφοί τε, τά γράμματα πέπομφα, διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου Κλήμεντος ἀνδρὸς περιφανοῦς, καὶ δεδοκιμασμένου, ὃν καὶ ὑμεῖς ἴστε, καὶ νῦν πλέον ἐπιγνώσεσθε, ὅστις ἐνταῦθα ἐλθὼν κατὰ πρόνοιαν καὶ ἐπιφοίτησιν Θεοῦ, ἐστερέωσε καὶ ηὔξησε τοῦ Κυρίου τὴν Ἐκκλησίαν. » Ὡμολόγηται τὸν Ὠριγένην τούτου γεγενῆσθαι μαθητήν. Ἤνθησε δὲ βασιλευόντων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

## CAPUT XXXIX.

Miltiades, cujus Rhodon [8] in opere suo, quod adversus Montanum, Priscam [9], Maximillamque composuit, recordatur, scripsit contra eosdem volumen præcipuum, et adversus gentes Judæosque libros alios [10],et principibus illius temporis Apolo-

C Μιλτιάδης, οὗτινος Ῥόδων ἐν τῷ ἰδίῳ συγγράμματι, τῷ κατὰ Μοντανοῦ καὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας συντεθέντι, μέμνηται, ἔγραψε κατ' αὐτῶν τεῦχος ἐξαίρετον, καὶ κατὰ τῶν Ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων λόγους ἄλλους. Ἐπέδωκε δὲ τῷ τηνικαῦτα

[1] Ms. S. Crucis fere cum Sigebergensi, *de Jejunio liber unus, de Disceptatione*, etc. Sed neque hic exstat, neque superiores Ὑποτυπώσεων, neque tandem ille *de Pascha*, præter pauca fragmenta. Confer Eusebium lib. IV, cap. 13.

[2] Puta singularem librum, ecclesiasticæ fidei regulas complectentem contra Judaizantes. Nec enim satis congrue Beveregius suspicatur dici Clementem canonibus appostolicis in unum colligendis dedisse operam. Porro imperessam lectionem,et Græcum verbum προσεφώνησεν, Hieronymo non infrequens, præferunt aliquot penes Martianæum mss. nostrique omnes, qui tamen plerumque omittunt D adverbium *proprie*.

[3] Προσεφώνησε. Absque Græca voce Sangerman. cod. legit, *quem proprie ad Alexandrum Hierosolymorum episcopum scripsit*. Alii retineat Græcum verbum προσεφώνησεν, usitatum Hieronymo in suis Præfatiunculis. MARTIAN.

[4] Hic est Julius Casianus Valentini discipulus Docetarum princeps, de quo noster Celmens lib. I, et III *Stromatum* loquitur: tametsi librum ejus non χρονογραφίαν, sed ἐξηγητικὰ inscriptum memorat. Mox Victorius, *quod opusculum in veteribus invenire*, etc., ut et Græcus interpres ; sed mss. nostri et plerique alii illud *in veteribus* non habent De Tatiano supra dictum est, cap. 29.

[5] *Opusculum invenire*. Marianus Victorius addit hic, *in veteribus*, sed gratis, cum in nullo feratur exemplari, et superfluum sit dicere *in veteribus*,ut sensus docet. MARTIAN.

[6] Aristobulus insignis Peripateticus, qui ad Ptolemæum Philometorem libros Explanationum Mosaicæ legis scripsit. Demetrius et Eupolemus de *Judææ Regibus* Commentarios ediderunt. Hos Clemens in primo *Stromat*. laudat.

[7] Euseb. VI, 11 : Ταῦτα δὲ ὑμῖν, κύριοί μου ἀδελφοί, τά γράμματα ἀπέστειλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίτου πρεσβυτέρου ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου ὃν ἴστε καί ὑμεῖς καί ἐπιγνώσεσθε, ὃς καί ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ ἐπισκοπὴν τοῦ Δεσπότου ἐπεστήριξέ τε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίαν. Codex S. Crucis, aliique duo, *Hæc vobis, domini fratres*, omissa *ac* particula. Sic Græcus textus ὑμῖν, κύριοί μου ἀδελφοί. Infra, cod. Guelpherbyt. *cognoscetis* pro *recognoscetis* ; noster, *cognoscitis*.

[8] Recole superius, cap. 37, et quæ ibi adnotavimus de Rhodonis libro.

[9] Ita habent codd. nostris omnes et quibus Erasmus, Suffridus Petri, ac Martianæus usi sunt. Alii, maxime editi, *Priscillam*.

[10] Duos nempe *adversus Gentes*, ac totidem *contra Judæos*, ut Eusebius, V, 17, memorat ; non enim hodie exstant.

βασιλεῖ ἀπολογητικόν, ἀνθήσας τοῖς χρόνοις Μάρκου Ἀντωνίνου Κομόδου.

A geticum dedit. Floruit autem M. Antonini Commodique [1] temporis.

## CAPUT XL.

881 Ἀπολλώνιος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ἔγραψε κατὰ Μοντανοῦ, Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας μέγα καὶ ἐπίσημον τεῦχος, ἐν ᾧ φησι Μοντανὸν καὶ τὰς μαινομένας προφήτιδας ἀπάγξασθαι, καὶ ἕτερα πολλά, ἐν οἷς περὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας λέγει· « Εἰ ἀρνοῦνται αὐτὰς εἰληφέναι δῶρα, ὁμολογήσουσι μὴ εἶναι προφήτας τοὺς δεχομένους δῶρα, καὶ διὰ χιλίων τοῦτο ἐλέγχω μαρτύρων. Ἀλλά καὶ δι' ἑτέρων ἔργων προφῆται δοκιμάζονται. Εἰπέ μοι, κόμην βάπτει προφήτης; στιβίῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίει; προφήτης ἐσθήματι καὶ μαργαρίταις κοσμεῖται; προφήτης τάβλᾳ καὶ βολίοις παίζει; τόκους λαμβάνει προφήτης; Ἀποκριθῶσιν, εἰ τοῦτο γενέσθαι ἐξόν, ἢ καὶ μή, καὶ ἐμόν ἐστι ἐλέγξαι ὅ τι περ πεποιήκασι. » Λέγει ἐν αὐτῇ τῇ βίβλῳ, τεσσαρακοστὸν εἶναι ἐνιαυτὸν ἕως τοῦ καιροῦ, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς συγγράφεται, ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο ἡ αἵρεσις ἡ κατὰ Φρύγας. Τερτυλλιανὸς δὲ ἐκδεδωκὼς λόγους ἓξ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας περὶ ἐκστάσεως, τὸν ἕβδομον ἰδικῶς κατὰ Ἀπολλωνίου συνέταξεν, ἐν ᾧ πάντα ἅπερ ἐκεῖνος εὐθύνειν ἐπιλειρεῖ, ἐκδικεῖ. Ἤνθησε δὲ Ἀπολλώνιος ἐπὶ Κομόδου καὶ Σεβήρου.

882 Appollonius [2], vir dissertissimus, scripsit adversus Montanum, Priscam et Maximillam insigne et longum volumen, in quo asserit Montanum et insanas vates [3] ejus [4] periisse suspendio : et multa alia, in quibus de Prisca et Maximilla refert [5] :

« Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse prophetas, qui accipiunt : et mille hoc testibus approbabo. Sed et ex aliis fructibus probantur prophetæ. Dic mihi, crinem fucat prophetes? stibio oculos linit? Prophetæ vestibus et gemmis ornantur? Prophetes tabula ludit et tesseris? Propheta fenus accipit? Respondeant, utrum hoc fieri B liceat, an non : meum est approbare, quod fecerint [6]. » Dicit in eodem libro, quadragesimum esse annum usque ad tempus [7], quo ipse scribebat librum, ex quo hæresis Cataprygarum habuerit exordium. Tertullianus sex voluminibus adversus Ecclesiam editis, quæ scripsit περὶ ἐκστάσεως, septimum proprie adversus Apollonium elaboravit, in quo omnia, quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius sub Commode Severoque principibus.

## CAPUT XLI.

Σαραπίων, τῷ ἑνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ Κομόδου τοῦ βασιλέως χειροτονηθεὶς τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἔγραψεν ἐπιστολήν πρὸς Καρῖνον καὶ Πόντιον περὶ τῆς αἱρέσεως Μοντανοῦ, ταῦτα προσ-

Serapion, undecimo [8] Commodi imperatoris anno Antiochiæ episcopus ordinatus, scripsit epistolam ad Caricum [9] et Pontium de hæresi Montani, in qua et hæc addit [10] : « Ut autem 883

[1] Copulam *que* supplet vetustiss. Veronens, liber, C cum antea vitiose obtineret duntaxat *Commodi*, et duos tamen imperatores intelligi necesse sit. Paulo supra quidam codices cum Græco interprete *principi* pro *principibus* : perperam, quidquid Victorio visum sit.

[2] Hic ille Apollonius est, quem Ephesi antistitem dicit auctor Prædestinati hæres 26. quæ est Cataphrygum : Sripsit, inquit, contra eos librum sanctus Soter papa Urbis, et Apollonius Ephesiorum antistes, contra quos scripsit Tertullianus presbyter Carthaginiensis. »

[3] Equidem hanc de insanarum vatum suspendio narrationem Eusebius, lib. IV, cap. 18, non ex Apollonii libro *contra Montanum* repetit, sed ex altero ejusdem argumenti, auctoris tamen incerti, quem Rhodonem fuisse Hieronymus eo capite 37 tradit. Hinc iterum S. Doctorem Valesius arguit μνημονικνοῦ ἁμαρτήματος, ut ibi animadvertimus. Sed quando peculiarem Apollonii librum adversus D Cataphrygas Eusebius recenset, profecto facile potuit in utroque opere tum hujus, tum Rhodonis, eadem haberi de insanarum vatum suspendio historia, cujus hic modo ad Appollonium noster meminerit, ad Rhodonem dissimularit.

[4] Supplemus *ejus*, nostrorum codicum et Gravii auctoritate. Quod additur *et multa alia*, cave intelligas, multa alia volumina ab Apollonio scripta dici, sed præter suspendii narrationem, multa alia notatu digna referri de iisdem Prisca et Maximilla, cujusmodi ea sunt, quæ subsequuntur. Non adeo contamnenda codicis nostri lectio, *et multa alia : de quibus, Prisca et Maximilla, refert*, etc.

[5] Euseb. V, 18 : Ἐάν αρνῶνται δῶρα τπὸς προφήτας αὐτῶν εἰληφέναι· τοῦτο ἀμολογησάτωσαν ὅτι ἐὰν ἐλεγχθῶσιν εἰληφότες, οὐχ εἰσι προφῆται Καὶ μυρίας ἀποδείξεις τούτων παραστήσομεν. Ἀναγκαῖον δέ ἐστι πάντας καρποὺ δοκιμάζεσθαι. προφήτου. Προφήτης, εἰπέ μοι, βάπτεται; προφήτης στιβίζεται προφήτης φιλοκοσμεῖ; προφήτης τάβλαις καὶ κύβοις παίζει; προφήτης δανείζει; Ταῦτα ὁμολογησάτωσαν πότερον ἔξεστιν ἢ μή· ἐγὼ δέ, ὅτι γέγονε παρ' αὐτνῖς, δείξω.

[6] Veronens. *Meum est probare quia fecerint;* quæ commodior lectio est et ad Græcum textum, ἐγὼ δὲ ὅτι γέγονε παρ' αὐτοῖς, δείξω.

[7] Referas ad Christi 210. Opus autem Apollonii exceptis aliquot fragmentis apud Euseb. quemadmodum et Tertulliani, quos infra memorat, libri septem interciderunt. Pamelius ex eorum Græco titulo Græce olim scriptos judicat; at variant hac in parte mss. libri, duoque ex nostris Latine habent *de extasi*.

[8] Martianæus, cum aliquot mss. *Sarapion*, et Græce Σαραπίων. Tum Vatic. *decimo* pro *undecimo*.

[9] *Carinum* pro *Carico* passim editi habent et mss. cum Græco interprete. At alii itidem cum Eusebio *Caricum* πρὸς Καρικὸν καὶ Πόντιον, lib. V, c. 19.

[10] Euseb. V, 19 : Ὅπως δὲ τοῦτο ἴδητε ὅτι τῆς ψευδοῦς ταύτης τάξεως, τῆς ἐπικαλουμένης νέας προφητείας, ἐβδέλυκται ἡ ἐνέργεια παρὰ πάσῃ τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι, πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολλιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα.

— Penes Euseb. γράμματα : puta ipsa Apollinaris scripta contra Montanum. Vid. Tertull. *de Jejuniis* initio et lib. III *contra Marcionem*, sub finem, et IV, cap. 22.

sciatis falsi hujus dogmatis, id est, novæ prophetiæ ab omni mundo insaniam reprobari, misi vobis Apollinaris beatissimi, qui fuit in Hierapoli Asiæ episcopus, litteras [1]. » Ad Domninum quoque [2], qui persecutionis tempore ad Judæos declinaverat, volumen composuit; et alium de Evangelio, quod sub nomine Petri fertur, librum ad Rhosensem Ciliciæ Ecclesiam, quæ in hæresim ejus lectione diverterat. Leguntur et sparsim ejus breves epistolæ [3], auctoris sui ἀσκήσει et vitæ congruentes.

θείς· « Ἵνα δὲ **885** γνῶτε τὴν βλάστην τοῦ δόγματος τούτου, τῆς καινῆς λέγω προφητείας, καὶ τὴν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μανίαν ἀποδοκιμαστέαν ὑπάρχειν, ἔπεμψα ὑμῖν Ἀπολλιναρίου τοῦ μακαριωτάτου, ὃς γέγονεν Ἱεραπολίτης Ἀσίας ἐπίσκοπος, γράμματα. » Καὶ πρὸς Δόμνον δὲ τὸν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατανεύσαντα συνέταξε τεῦχος, καὶ ἄλλο περὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅπερ ἐπ' ὀνόματι Πέτρου φέρεται, καὶ πρὸς τὴν ἐν Ῥόσῳ τῶν Κιλίκων Ἐκκλησίαν Βίβλον, ἥτις εἰς τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ ἐξεστράφη, καὶ τινας εἰς ἀνάγνωσιν τῆς τούτου αἱρέσεως μετήνεγκεν. Ἀναγινώσκονται δὲ καὶ σποράδην βραχύταται αὐτοῦ ἐπιστολαὶ, τῇ ἀσκήσει καὶ βίῳ αὐτοῦ συνᾴδουσαι.

## CAPUT XLII.

Apollonius, Romanæ urbis senator [4], sub Commodo principe a servo Severo proditus, quod Christianus esset, impetrato [5], ut rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit [6], quod in senatu legit; et nihilominus sententia senatus pro Christo capite truncatus est, veteri apud eos obtinente lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum judicium pertracti essent.

Ἀπολλώνιος, Ῥώμης συγκλητικὸς, ἐπὶ Κομόδου τοῦ βασιλέως παρὰ τοῦ δούλου παρὰ Σεβήρῳ προδοθεὶς Χριστιανὸς εἶναι, ἐπιταγεὶς τε τῆς οἰκείας πίστεως δοῦναι λόγον, μέγα τεῦχος συνέταξεν, ὅπερ ἐν τῇ συγκλήτῳ ἀνέγνω, καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον ἀποφάσει τῆς συγκλήτου, ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἀπετμήθη, παλαιᾶς παρ' αὐτοῖς κατεχούσης συνηθείας, δίχα ἀρνήσεως μὴ ἀφεθῆναι τοὺς Χριστιανοὺς, τοὺς ἅπαξ εἰς τὴν αὐτῶν ἀκρόασιν ἑλκυσθέντας.

## CAPUT XLIII.

Theophilus, Cesareæ Palæstinæ (quæ olim Turris Stratonis vocabatur) episcopus, sub Severo principe, adversum eos, qui decima quarta luna cum Judæis Pascha faciebant, cum cæteris episcopis synodicam [7] valde utilem composuit epistolam.

Θεόφιλος, Καισαρείας Παλαιστίνης, ἥτις πρώην πύργος Στράτωνος ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως, κατὰ τῶν ἐπιτελούντων τὸ Πάσχα μετὰ τῶν Ἰουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, συνοδικὴν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμαστὴν μετὰ ἑτέρων συνέταξεν.

## CAPUT XLIV.

**884** Bacchylus, Corinthi episcopus, sub eodem Severo principe clarus habitus, de Pascha, ex omnium qui in Achaia erant episcoporum persona, elegantem librum [8] sripsit.

**886** Βακχύλος, Κορίνθου ἐπίσκοπος, ὁμοίως Σεβήρου βασιλεύοντος λαμπρὸς ὑπάρχων, περὶ τοῦ Πάσχα ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ ἐπισκόπων θαυμαστὴν συνέταξε βίβλον.

## CAPUT XLV.

Polycrates, Ephesiorum episcopus, cum cæteris episcopis Asiæ, qui juxta quamdam veterem consuetudinem cum Judæis decima quarta luna Pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem, epi-

Πολυκράτης, Ἐφέσου ἐπίσκοπος, μετὰ τῶν λοιπῶν Ἀσίας ἐπισκόπων, τῶν ἐπιτελούντων τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα μετὰ τῶν Ἰουδαίων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, κατὰ Βίκτωρος ἐπισκόπου

[1] Martianæus cum plerisque editis *Domnum* : alii presertim mss. sæpissime *Dominum* : sunt qui et *Domnionem* legant. Eusebius tamen Δομνῖνον vocat, atque ita duo mss. nostri, quos sequimur.

[2] Hæc ut cætera omnia Serapionis scripta hodie desiderantur.

[3] Senatorem hunc Apollonium fuisse, ex Eusebio quidem nullo pacto licet argumentari ; at non ideo est proprio ingenio credendus exaggerasse Hieronymus, qui id potuit ex aliis monumentis didicisse, et forte ex Actis martyrii ipsius Apollonii apud Eusebium, cujus opus de martyribus jamdudum intercidit. Recte Rufinus ipse, que inepte satis Valesius suspicatur descriptum a nostro, senatorem eum facit. Idem dicendum de servi *Severi* nomine, si modo illud ab Hieronymo scriptum est : suspicor enim ex prava lectione ortum, cum plures, iique probæ vetustatis et notæ mss. etiam a nobis inspecti, legant, *sub Commodo principe ac* SEVERO *proditus*. Non nemo studiosus pro *ac* SEVERO legendum *a servo*, ad marginem libri admonuerit, quam alius notam textui cum prava ipsa lectione inseruit, *a servo Severos.* Malim itaque Veronens. et Vat. præstantissimorum codicum sequi fidem, qui omisso *Severi* nomine a *servo proditus* tantum habent. Erasmus legendum putavit *sub Commodo principe a servo proditus, sub Severo, quod Christianus esset, impetrato*, etc.

[4] Al. *imperato*, quemadmodum et Vatic., quibus suffragatur Græcus interpretes ἐπιταγείς, etc.

[5] Illud Actis martyrum inseruerat Eusebius, quibuscum totum deperiit. *De veteri lege, quæ absque negatione dimitti Christianos non sinebat*, vide Plinium, lib. X, epist. 97 *ad Trajanum*; Pagium quoque, ad annum Christi 187.

[6] In synodo Cæsariensi auno circiter 198, cujus acta apud Bedam, *de Æquinoct.*, habentur.

[7] Non alius videtur esse hic liber a Synodica epistola, quam aliorum quoque episcoporum nomine dictavit.

[8] In Græco illud καὶ non solum vacat, sed et Hieronymiano textu contrarium est.

Ῥώμης ἐπιστολὴν συνοδικὴν ἐξέδωκε, διδάσκων ὀφείλειν Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου καί τῇ παλαιᾷ ἐξακολουθεῖν αὐθεντίᾳ, ἀφ' ἧς ὀλίγα διηγήσομαι· « Ἡμεῖς τοίνυν ἀμίαντον ἐπιτελοῦμεν τὴν ἑορτὴν, μηδὲ προστιθέντες, μηδὲ ὑπεξαιροῦντες. Καί γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ μεγάλα στοιχεῖα ἐκοιμήθη, ἅπερ ἀναστήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ, ἐγείρων πάντας τοὺς ἁγίους· Φίλιππον λέγω ἐκ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς ἐκοιμήθη ἐν Ἱεραπόλει, καὶ τὰς δύο θυγατέρας, αἵτινες παρθένοι ἐγήρασαν, καὶ ἑτέραν αὐτοῦ θυγατέρα, ἥτις ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πεπληρωμένη, ἐν Ἐφέσῳ ἐτελειώθη. Καὶ Ἰωάννης, ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀνεκλίθη, καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε, χρυσοῦν πέταλον ἐν τῷ μετώπῳ βαστάζων, μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐκοιμήθη, καὶ Πολύκαρπος ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἐν τῇ Σμύρνῃ κατάκειται, καὶ Θρασέας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας ἐν τῇ αὐτῇ Σμύρνῃ ἀνεπαύθη. Οὐκ ἔστιν ἀνάγκη Σαγάρεως ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος μεμνῆσθαι, τοῦ ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυσαμένου, καὶ Παπυρίου τοῦ μακαριωτάτου, καὶ Μελίτωνος ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εὐνούχου, ὅστις ἀεὶ τῷ Κυρίῳ λατρεύων, ἐν Σάρδεσι κατετέθη, καὶ περιμένει ἐν τῇ αὐτοῦ ἐλεύσει τὴν ἀνάστασιν. Οὗτοι πάντες παρεφύλαξαν τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, ἀπὸ τῆς εὐαγγελικῆς παραδόσεως εἰς οὐδὲν μέρος ἀπονεύοντες, καὶ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι ἑπόμενοι. Κἀγὼ δὲ ἐλάχιστος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ τὴν διδαχὴν τῶν πλησίον μου, οἷς καὶ ἐξηκολούθησα· καὶ γὰρ ἑπτὰ ἐγένοντο συγγενεῖς μου **887** ἐπίσκοποι, κἀγὼ ὄγδοος· ἀεὶ τὸ

A scopum Romanum, epistolam synodicam, in qua docet, se apostoli Joannis et veterum auctoritatem sequi : de qua hæc pauca excerpsimus [1] : « Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Asia elementa [2] maxima dormierunt, quæ resurgent in die Domini, quando venturus est de cœlis in majestate sua, suscitaturus omnes sanctos : Philippum loquor de duodecim apostolis, qui dormivit Hierapoli, et duas filias ejus, quæ virgines senuerunt, et aliam ejus filiam, quæ Spiritu sancto plena in Epheso occubuit. Sed et Joannes, qui super pectus Domini recubuit, et pontifex ejus [3] auream laminam in fronte portans, martyr et doctor in Epheso dormivit : et Polycarpus, episcopus et martyr,
B Smyrnæ cubat [4]. **888** Thraseas quoque episcopus et martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi et martyris recordari, qui in Laodicea soporatur, et Papirii beati, et Melitonis in sancto Spiritu [5] eunuchi, qui semper Domino serviens, positus est in Sardis, et exspecta in adventu ejus resurrectionem ? Hi omnes observaverunt Paschæ diem decima quarta luna, ab evangelica traditione in nullam partem declinantes, et ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates, secundum doctrinam propinquorum meorum, quos et secutus sum ; septem siquidem fuerunt propinqui mei episcopi, et ego octavus : semper Pascha celebravi, quando populus Judæorum azyma faciebat. Itaque, fratres sexaginta quinque annos ætatis
C meæ natos in Domino, et a multis ex toto orbe

[1] Apud Euseb. III, 31, et V, 24 : Ἡμεῖς οὖν ἀῤῥᾳδιούργητον ἄγομεν ἡμέραν, μήτε προστιθέντες, μήτε ἀφαιρούμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους· Φίγιππον τὸν (*f. leg.* Φίλιππος ὁ) τῶν δώδεκα ἀποστόλων ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι. Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται. Ἔτι δὲ καὶ ὁ Ἰωάννης, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορηκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος, οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. Καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκο πον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν
D Λαοδικείᾳ κεκοίμηται ; Ἔτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον, καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον, ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι, περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμων Πολυκράτης κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν· ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε (*f.* ἤρτυε) τὴν ζύμην. Ἐγὼ οὖν, ἀδελφοὶ, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ, καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσαν ἁγίαν Γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. Οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

[2] Quidam codices *luminaria* pro *elementa*, quod idem est : siquidem veteres luminaria magna, solem scilicet et lunam, *duo elementa* appellabant. Græci concinniore adhuc sensu στοιχεῖα, quemadmodum hic quoque Polycrates. Vid epist. 120 *ad Hedibiam*, cap. 4, not. *c*.

[3] Pronomen *ejus*, quod maxime Valesius probat, non addit Polycrates, qui nec *auream* laminam dicit, nec *in fronte* gestari solitam ; sed tantum τὸ πέταλον πεφορηκὼς, nisi si πέταλον, ut quibusdam placet, bracteam auream significat. Cæterum nec verosimile, auream revera laminam Joannem in fronte gestasse, ut Valesius et Petavius credunt, sed figurate hoc dici eo sensu, quo Horatius de virtute prædicat :

> Non sumit, aut ponit secures
> Judicio popularis auræ.

Ut perinde sit auream laminam inter Christianos gestare, ac pontificis dignitatem, cujus illud insigne est, obtinere. Ad hunc modum et Epiphanius, qui de Jacobo, et qui de Marco tradit, auctor Passionis ejus, a Valesio laudati, commode exponpossunt.

[4] Verbum *cubat* abest a codice S. Crucis, quod neque ipse Græcus Polycratis textus agnoscit.

[5] Græcus, Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, etc. *Melitonem eunuchum, quid in sancto Spiritu*, etc. quæ vitiosa trajectione hic apud Hieronymum peccare videantur.

fratribus eruditus, peragrata omni Scriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim majores mei [1] : Obedire Deo magis oportet, quam hominibus. » Hæc propterea posui, ut ingenium et auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Severi principis, eadem ætate qua Narcissus Hierosolymæ.

A Πάσχα ἐτέλεσα, ὅτε ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς τὰ Ἄζυμα ἐποιεῖτο. Τοιγαροῦν, ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἄγων ἔτη ἐν Κυρίῳ, καὶ παρὰ πολλῶν ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀδελφῶν παιδευθείς, ἐντυχὼν πάσῃ Γραφῇ οὐ δειλιάσω τοὺς ἀπειλουμένους ἡμῖν. Ἔφησαν γάρ οἱ προηγησάμενοί μου, Πειθαρχεῖν μᾶλλον θεῷ δεῖ ἢ ἀνθρώποις. » Ταῦτα διὰ τοῦτο τέθεικα, ἵνα τὴν τοῦ ἀνδρὸς αὐθεντίαν ἐξ ἐλαχίστου συντάγματος ὑποδείξω. Ἤνθησεν ἐν τοῖς χρόνοις Σεβήρου τοῦ βασιλέως, ὁπηνίκα καὶ Νάρκισσος ἐν Ἱεροσολύμοις.

## CAPUT XLVI.

Heraclitus [2] sub Commodi Severique imperio in Apostolum Commentarios composuit [3].

Ἡράκλειτες ἐπὶ Κομόδου καὶ Σεβήρου βασιλέως τὸν Ἀπόστολον ὑπεμνημάτισεν.

## CAPUT XLVII.

Maximus [4] sub iisdem principibus famosam quæstionem insigni volumine ventilavit, unde malum, et quod materia a Deo facta sit.

B Μάξιμος ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων θαυμαστὸν ζήτημα ἐν ἐπισήμῳ τεύχει συνέταξε, τουτέστι Πόθεν τὸ κακὸν, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἡ ὕλη ἐδόθη.

## CAPUT XLVIII.

**889** Cannidus, regnantibus supra scriptis, in Hexaemeron pulcherrimos tractatus edidit [5],

**890** Κάνδιδος βασιλευόντων τῶν προγεγραμμένων εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὡραίας συνέταξεν ὁμιλίας.

## CAPUT XLIX.

Appion, sub Severo principe similiter in Hexaemeron tractatus [6] fecit.

Ἀπίων ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως ὁμοίως εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλίας συνεγράψατο.

## CAPUT L.

Sextus sub imperatore Severo, librum de resurrectione [7] scripsit.

Σέξτος ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως βίβλον περὶ τῆς ἀναστάσεως συνεγράψατο.

## CAPUT LI.

Arabianus [8] sub eodem principe edidit quædam opuscula [9] ad Christianum dogma pertinentia.

Βραβιανὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέδως ἐξέδωκέ τινα συντάγματα τῶν Χριστιανων δόγματι προσήκοντα.

## CAPUT LII.

Judas de septuaginta apud Danielem hebdomadibus plenissime disputavit, et chronographiam superiorum temporum usque ad decimum Severi produxit annum. In qua erroris arguitur quod adventum Antichrist circa sua tempora futurum esse dixerit : sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum præsentem mundi minabatur occasum [10].

C Ἰούδας περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων τῶν κατὰ Δανιὴλ ἀκριβῶς ἐξηγήσατο, καὶ χρονογραφίαν τῶν ἀνωτέρω χρόνων, ἕως τοῦ δεκάτου ἐνιαυτοῦ Σεβήρου τοῦ βασιλέως συνέταξεν, ἐν ῃ καταγινώσκεται, τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου ἐπιστασίαν περὶ τοὺς ἰδίους καιρούς φήσας πλησιάζειν· τὸ γὰρ μέγεθος τοῦ τότε διωγμοῦ ὡσανεὶ παροῦσαν ἐμήνυε τῆς οἰκουμένης ἀπώλειαν.

[1] Cod S. Crucis, *omnes majores mei.*

[2] *Heraclium* legunt Martianæus et Græcus interpres, cum paucis mss. *Hieraclitum* vero nostri omnes, Freculphus, Honorius, atque in primis Eusebius lib. v, cap. 27.

[3] Scilicet in Pauli Epistolas. Opus vero istud interiit penitus.

[4] *Maximinum* perperam vocant alii. Porro luculentissimum ejus libri fragmentum Eusebius exhibet, *Præparationis evangelicæ* lib. VII, cap. 22, quod in Origenis quoque Dialogo contra Marcionitas totidem verbis habetur. Inscriptus erat περὶ τῆς ὕλης, et in dialogi modum compositus.

[5] Commodo scilicet ac Severo. *Tractatus*, quos vocat Hieronymus, non recte Sophronius interpretatur ὁμιλίας. Sed jam amplius non exstant.

[6] Iterum male Græcus interpres *homilias* vocat, quæ Eusebius dixit ὑπομνήματα, noster *Tractatus*. Vid. quæ hoc de nomine diximus in Præfat. Generali num. 22. Hodie non habentur.

[7] Neque hic exstat Sexti liber de *Resurrectione*.

[8] Editi plerique omnes eum Græco interprete *Brabianum* legunt contra ac codices nostri, et in D primis Eusebius, Rufinus, atque alii, qui *Arabianum*.

[9] Eusebius minori numero ὑπόθεσιν vocat : cujus autem argumenti, Deus scit ; jam non extat.

[10] Refert ad Christi annum 202. Tres autem antiqui codices, *ad decimum Severi Pertinacis annum* Desiderantur Judæ hujus opera. Vid. Euseb. lib. VI, c. 7.

## CAPUT LIII.

A Τερτυλλιανὸς πρεσβύτερος, νῦν πρῶτος μετὰ Βίκτωρα καὶ Ἀπνλλώνιον ψηφίζεται τοὺς Ῥωμαϊκοὺς, ἐκ τῆς Καρχηδόνος τῆς Ἀφρικῆς ὁρμώμενος, πατρὸς Κεντυρίωνος ἀνθυπατιανοῦ. Οὗτος δεινὸς καὶ σφόδρα εὐφυὴς ἐπὶ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐπίκλην Καρακάλου, ἤνθησε, πολλὰ συντάξας τεύχη, ἅτινα διὰ τὸ πολλοῖς εἶναι ἐγνωσμένα παραλιμπάνομεν. Συνέτυχον ἐγὼ Παύλῳ ἀπὸ Κονκορδίας τῆς Ἰταλίας γέροντι ὅστις τοῦ μακαριωτάτου Κυπριανοῦ νὸτάριον, λοιπὸν πρεσβύτην ἔλεγεν, ἔτι νέος ὢν, ἑωρακέναι ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἀκηκοέναι παρ'αὐτοῦ ὡς οὐδεμίαν σχεδὸν ἡμέραν διετέλεσε Κυπριανὸς ἀναγνωσμάτων Τερτυλλιανοῦ χωρὶς, συνεχῶς λέγοντος τοῦ αὐτοῦ **891** Κμπριανοῦ, Ἐπίδος τὸν διδάσκαλον, Τερτυλλιανὸν δηλονότι μηνύων. Οὗτος ἄχρι μέσης ἡλικίας πρεσβύτερος τῆς ἡμετέρας Ἐκ- B κλησίας γέγονεν, ὕστερον δὲ φθόνῳ καὶ προπηλακισμοῖς τῶν κληρικῶν τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας, εἰς τὸ Μοντανοῦ δόγμα ὀλισθήσας, πολλὰς συνέταξε βίβλους, (a) καινῆς προφητείας μέμνηται, καὶ ἰδικῶς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας συνεγράψατο, οὐδὲν δὲ ἧττον περὶ σωφροσύνης, περὶ διωγμοῦ, περὶ νηστείας, περὶ μονογαμίας, περὶ ἐκστάσεως λόγους ἓξ, καὶ ἕβδομον κατὰ Ἀπολλωνίου, καὶ ἕτερα πάμπολλα, ζήσας ἕως γήρως ἐσχάτου.

A Tertullianus presbyter, nunc demum primus post Victorem et Apollomium Latinorum ponitur. provinciæ Africæ, civitatis Carthaginiensis, patre Centurione proconsulari [1]. Hic acris et vehementis ingenii, sub Severo principe et Antonino Caracalla maxime floruit, multaque scripsit volumina quæ quia nota sunt pluribus,prætermittimus. Vidi ego quemdam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est [2], senem qui se beati Cypriani, jam grandis ætatis, notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romæ vidisse diceret, **882** referreque [3] sibi solitum nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unum diem præterisse. ac sibi crebro dicere, *Da magistrum* : Tertullianum videlicet significans. Hic cum usque ad mediam B ætatem presbyter Ecclesiæ permansisset [4], invidia postea [5] et contumeliis clericorum Romanæ Ecclesiæ, ad Montani dogma delapsus, in multis libris novæ prophetiæ meminit, specialiter autem adversum Ecclesiam texuit volumina de pudicitia, de persecutione, de jejuniis, de monogamia, de exstasi [6] libros sex, et septimum, quem adversum Apollonium composuit. Ferturque vixisse usque ad decrepitam ætatem, et multa quæ non exstant [7] opuscula condidisse.

## CAPUT LIV.

Ὠριγένης, ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, δεκάτῳ ἐνιαυτῷ Σεβήρου τοῦ Περτίνακος κατὰ τῶν Χριστιανῶν

Origenes, qui et Adamantius [8], decimo Severi Pertinacis anno adversum Christianos persecutione

[1] Idem in Chronic. ad an. Severi 16 : « Tertullianus Afer Centurionis proconsularis filius, omnium Ecclesiarum nomine celebratur. »

[2] Vetus nempe inter Aquileiam et Altinum, C non ut vulgo existimatur, Mirandulæ vicinum oppidum. Vid. Epist. in nostra recensione 10.

[3] Veronens., *referretque*. Mox Gemblacensis *magistrum* absque *da* verbo. Mirum porro est a Cypriano nunquam laudari Tertullianum, *quo*, ut denuo noster ait epist. 84, *magistro utitur, ut ejus scripta probant* ; fortasse autem cujus delectabatur ingenio, nominis declinare studuit invidiam.

[4] Et sunt tamen qui negant hodienum fuisse *presbyterum* Tertullianum, et velint nullum ex antiquis id unquam tradidisse, unde hic apud Hieronymum pro *presbyter Ecclesiæ*,legendum contendant *homo Ecclesiæ* ut sibi, aiunt, constet Hieronymus,qui aliter dicere videretur,fuisse Tertullianum in infantia presbyterii gradu donatum, in quo usque ad mediam ætatem permanserit, tum esse presbyter cessaverit, id quod cum Ecclesiæ doctrina de characteris ejus æternitatem stare nullo D modo potest. His repone auctorum omnium qui de Tertulliano locuti sunt sive in Bibliothecis ecclasiasticis, sive alibi sententiam et fidem, absque eo quod de Hieronymi textu dubitarint. Tum optime habere quod hic dicitur *fuisse* presbyterum *Ecclesiæ*, non presbyterym ἁπλῶς, ut intelligas dici Tertullianum ad id usque temporis catholicæ fuisse addictum Ecclesiæ in presbyterii gradu, postea ad Montanistas defecisee, apud quos, etiamsi presbyter esse non desierit, tamen *Ecclesiæ presbyter* non amplius erat. Vide Tillemontium, Fleurium atque alios. Ex antiquis auctor *Prædestinati*, qui certe ante Hincmarum Remensem scripsit. a quo laudatur et creditur a doctis x sæculi auctor, *presbyteratum* expresse Tertulliano tribuit.Denique ipse se Tertullianus a laicis distinguit lib,*de Anima* cap. 9. Quod si lib. *de Monogamtia et Exhortat. ad castitatem* se cum laicis confundit,id causæ est,quod eos libros composuit,cum ad Montanistas defecisset

[5] Circa annum Christi, ut fertur, 205, cum ipse quadragrsimum plus minus ageret. Martianæus legit *Hic usque*, et *permansit :* pro quo altero verbo Guelpherbyt. *Africæ* legit.

[6] Hi *de ecstasi* libri, quorum supra cap. 24 et 40 mentionem fecimus, perierunt.

[7] Contrario sensu forte et veriore, legit Vaticanus, *quæ nunc exstant*, pro *non exstant*. Et librum quidem *de Aaron vestibus* Hieronymus ep. 64. *ad Fabiolam*, de Vest. sacerd., in fine frustra quæsisse se dicit : sed alia sunt Tertulliani volumina, quæ hic non nominat, et tamen jam tum periisse vix credi possit. Fuere liber *de animæ submissione;* alius *de superstitione sæculi* ; item *de carne et anima*, quorum titulos e ms. Agobardino descripsit Rigaltus. Tum quos ipse Hieronymus vel in hoc ipso Catalogo, cap. 18 et 70, vel aliis in locis laudat, *liber de Spe fidelium*, et *de Trinitate opus*, et *de animalibus mundis et immundis*, et *de Circumcisione*, et *de Virginitate*. Illos prætereo, quorum apud alios mentio est, ut *contra Apellicianos*,apud Vincentium Lirinensem. cap. 24, et *de* de *Paradiso*, penes ipsum Tertullianum, cap. 55 *de Anima* :quo item fidejussore, Græca opuscula *de Spectaculis*, *de Baptismo. de velandis Virginibus* et de *Corona militis*. Tot librorum, quos nobis invidit sequior ætas, si tum quoque temporis non exstitisent, titulos saltem Hieronymus memoriæ commendasset

[8] Cod. Clunianensis *qui et Amantius* Equidem exstitit, qui ab *adamando Adamantium* appellatum

(a) Supple ἐν αἷς.

commota, a Leonide patre [1], Christi martyrio coronato, cum sex fratribus et matre vidua, pauper relinquitur, annos natus circiter decem et septem. Rem enim familiarem ob confessionem Christi fiscus occupaverat. Hic, Alexandriæ dispersa Ecclesia, decimo octavo ætatis suæ anno, κατηχήσεων opus aggressus, postea a Demetrio, ejus urbis episcopo, in locum Clementis presbyteri [2] confirmatus, per multos annos floruit : et cum jam mediæ esset ætatis [3], et propter Ecclesias Achaiæ, quæ pluribus **893** hæresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ [4], Athenas per Palæstinam pergeret, a Theoctisto et Alexandro, Cæsareæ et Hierosolymorum episcopis, presbyter ordinatus Demetrii offendit animum ; qui tanta in eum debacchatus est insania, ut per totum mundum super nomine ejus scriberet. Contat eum, antequam Cæsaream migraret, fuisse Romæ sub Zephyrino episcopo, et statim Alexandriam reversum, Heraclan presbyterum [5], qui sub habitu philosophi perseverabat, adjutorem sibi fecisse κατηχήσεως, qui quidem et post Demetrium Alexandrinam tenuit Ecclesiam. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet, quod Firmilianus [6]. Cæsareæ episcopus, cum omni Cappadocia eum invitavit, et diu tenuit, et postea, sub occasione sanctorum lccorum Palæstinam veniens, diu Cæsareæ in sanctis Scripturis ab eo eruditus est. Sed et illud. quod ad Mammeam matrem Alexandri imperatoris, religiosam feminam, rogatus venit Antiochiam, et summo honore habitus est : quodque ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit [7], et ad matrem ejus litteras fecit [8], quæ usque hodie exstant. Quis ignorat et quod tantum in Scripturis divinis habuerit studii, ut etiam Hebræam linguam [9] contra ætatis gentisque suæ naturam, edisceret, et exceptis Septuaginta interpretibus, alias quoque

A διωγμοῦ κινηθέντος, παρὰ Λεωνίδου πατρὸς, τοῦ καὶ μαρτυρήσαντος, μετὰ ἓξ ἀδελφῶν καὶ μητρὸς χήρας πένης κατελείφθη, ἐτῶν περὶ που ἑπτακαίδεκα. Τούτων γὰρ ἡ περιουσία διὰ τὸ εἶναι Χριστιανῶν ἐδημίσθη. Ὅστις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διασκορπισθεῖσαν τὴν Ἐκκλησίαν, ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν τὴν ἡλικίαν ἄγων, κατηχήσεων ἐπιστήμην παρειληφὼς, μετ' οὐ πολὺ παρὰ Δημητρίου, τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπου, εἰς τόπον Κλήμεντος πρεσβυτέρου κατασταθεὶς, ἐπὶ ἔτη πολλὰ διέπρεψε, μεσῆλιξ τε γενόμενος, διὰ τὰς ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ Ἐκκλησίας, αἵτινες παρὰ πολλῶν αἱρέσεων ἐσκύλοντο, ἐπὶ μαρτυρίᾳ ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστολῆς **894** ἀπιὼν διὰ Παλαιστίνης εἰς Ἀθήνας, παρὰ Θεοκτίστου καὶ Ἀλεξάνδρου, Καισαρείας καὶ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπων, πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς, Δημητρίῳ προσέκρουσεν, ὅστις τοιαύτῃ κατ' B αὐτοῦ ἐχρήσατο ἀνοίᾳ, ὥστε ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γράψαι. Πρὸ τοῦ δὲ μετελθεῖν εἰς Καισάρειαν, τὴν Ῥώμην κατείληφεν ἐπὶ Ζεφυρίνου ἐπισκόπου, εὐθύς τε εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀναζεύξας, Ἡρακλᾶν τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐν σχήματι φιλοσόφου διατελοῦντα, βοηθὸν συνελάβετο κατηχήσεως, ὅστις καὶ μετὰ Δημήτριον τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκυβέρνησεν Ἐκκλησίαν. Ὅσης δὲ δόξης ἐγένετο, ἐκ τούτου δηλοῦται· Φιρμιλλιανὸς γὰρ Καισαρείας ἐπίσκοπος μετὰ πάσης τῆς Καππαδοκίας καὶ προέπεμψεν αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πολὺ κατέσχε, καὶ ὕστερον προφάσει τῶν ἁγίων τόπων εἰς Παλαιστίνην ἐλθὼν, ἐν τῇ Καισαρέων παρ' αὐτοῦ τὰς θείας ἐπαιδεύθη Γραφάς. Κἀκεῖνο δὲ οὐδεὶς ἀγνοεῖ, ὅτι περ πρὸς Μαμέαν τὴν μητέρα Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως εὐ- C λαβεστάτην γυναῖκα παρακληθεὶς, ἦλθεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν μεγίστῃ γέγονε τιμῇ· καὶ πρὸς Φίλιππον τὸν βασιλέα, τὸν πρῶτον ἐκ τῶν Ῥωμαίων βασιλέων Χριστιανὸν γενόμενον, καὶ πρὸς τὴν τούτου μητέρα γράμματα ἀπέστειλεν, ἄχρι τοῦ παρόντος τυγχάνοντα· καὶ ὅτι τοσαύτην ἔσχε σπουδὴν περὶ τὰς θείας ; Γραφὰς, ὥστε καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεξιν

Origenem putaret, hancque etymologiam ex ipso Hieronymo extunderet in fine libri tertii adversus Pelagianos, ubi *Transite*, inquit, *ad Amasium vestrum*.

[1] *A Leonide patre*. Duo codices Vaticani mss. legunt, *a Leonide episcopo patre*, *Christi martyrio coronato*, etc. Cluniacensis antea legebat, *Origenes qui et Amantius presbyter*, etc. Sic errore veterum librariorum multa depravata leguntur, sed in aliis bene multis incorrupta perseverant. Martian.— In duobus Vaticanis codd. scriptum reperit Martianæus *a Leonide episcopo patre* : a nostro abest etiam *a* præpositio. Confer Euseb. VI, 1 et 2.

[2] Clementis Alexandrini, de quo supra cap, 38.

[3] Annum agebat ætatis suæ p. m. quadragesimum tertium.

[4] Has epistolas *Formatas* appellant scriptores ecclesiastici.

[5] Male vocem *iterum* hic reposuit Martianæus, quam jamdiu olim Victorius deleverat,

[6] *Firmianum* pro *Firmiliano* vitiose habent cod. Sigebergensis, Guelpherbyt, et Græca versio.

[7] Id ex Eusebio quidem, VI, 34 ; Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα, etc., quod in *Chronic.* ad an- 246 confirmatur. Verum quantis hæc sententia difficultatibus sit obnoxia, satis, me tacente, norunt eruditi. Docti viri hunc Philippum cum cognomine alio Ægypti Augustali Christiano confundi autumant.

[8] Otaciliam Saveram Philippi junioris matrem, et senioris conjugem, unde γαμετὴν Σεβήραν dixit Euseb. non *matrem*. Eam epistolam etiam Viencentius Lirinensis Commonit. 1, cap 23. his verbis laudat : « Quam autem privatæ non solum conditioni, sed ipsi quoque fuerit reverendus imperio, D declarant historiæ, quæ eum a matre Alexandri imperatoris accitum ferunt, cœlestis utique sapientiæ merito, cujus et ille gratia, et illa amore flagrabat, Led et ejusdem epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum imperatorem, qui primus Ramanorum principum Christianus fuit, Christiani magisterii auctoritate conscripsit. « Unam porro epistolam, non plures, intellige, eamque circa annum scriptam 245.

[9] Hæc quoque de Hebraica Origenis eruditione valde disputantur in utramque partem : doctiores plerique denegant hanc illi laudem.

ἐναντιουμένην τῇ τε ἡλικίᾳ καὶ τῇ οἰκείᾳ φύσει ἐκμαθεῖν· καὶ δίχα τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν ἄλλας ἐκδόσεις εἰς ἓν συναγαγεῖν, Ἀκύλα λέγω Ποντικοῦ προσηλύτου, καὶ Θεοδοτίωνος Ἡβιωναίου, καὶ Συμμάχου τοῦ αὐτοῦ δόγματος, ὃς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ὑπεμνημάτισε, δι' οὗ καὶ τὸ ἴδιον δόγμα βεβαιῶσαι σπεύδει. Ὁμοίως δὲ πέντε καὶ ἓξ καὶ ἑπτὰ τὰς ἐκδόσεις, ἅστινας καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς αὐτοῦ βιβλιοθήκης ἔσχομεν, πολλῷ πόνῳ εὑρὼν, ἔλεγχον τῶν αὐτοῦ συνταγμάτων ἐν τῷ τεύχει τῶν μετὰ ἑτέρων ἐκδόσεων ὠνήσατο.

Καὶ ἐπειδὴ τὸν ἐπιστολῶν τῶν πρὸς Παύλαν παρ' ἡμῶν γραφεισῶν, ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ συγκρίνων τοῖς Βάῤῥωνος ἔργοις τέθεικα, νῦν παραλιμπάνω, ἐκεῖνο περὶ τῆς αὐτοῦ ἀθανάτου εὐφυΐας μὴ σιωπῶν, ὅτι περ διαλεκτικὴν, καὶ γεωμετρικὴν, ἀριθμητικὴν, μουσικὴν, γραμματικὴν, **895** καὶ ῥητορικὴν, καὶ πάντων τῶν φιλοσόφων τὰ δόγματα οὕτως ἐξέμαθεν, ὥστε σπουδαστὰς τῶν κοσμικῶν γραμμάτων ἀκροατὰς ἐσχηκέναι, καὶ ἐξηγεῖσθαι αὐτοῖς ἑκάστοτε, συνδρομάς τε πρὸς αὐτὸν πολλὰς γίνεσθαι, ἃς διὰ τοῦτο ἐδέχετο, ἐφ' ᾧγε, προφάσει τῆς διδασκαλίας, εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ἀνάγειν πάντας. Περὶ γὰρ τῆς ὠμότητος τοῦ διωγμοῦ, τοῦ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπὶ Δεκίου κινηθέντος, ἐλύσσα γὰρ εἰς Φιλίππου εὐλάβειαν, ὃν καὶ ἀπέκτεινεν· εἰπεῖν ἡγοῦμαι περισσόν. Ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ διωγμῷ καὶ Φαβιανὸς ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐτελεύτησε, καὶ Ἀλέξανδρος καὶ Βαβύλας, Ἱεροσολύμων καὶ Ἀντιοχείας ἐπίσκοποι, ἐν τῇ φυλακῇ ὁμολογηταὶ ἐκοιμήθησαν. Εἴ τις γὰρ περὶ Ὠριγένους μαθεῖν ἐθελήσῃ, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, τῶν μετὰ τὸν διωγμὸν πρὸς διαφόρους ἀποσταλεισῶν, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἕκτου λόγου τῆς Εὐσεβίου Καισαρείας ἐπισκόπου ἱστορίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ Ὠριγένους βιβλίων ἓξ τηλαυ-

A editiones in unum congregaret volumen [1]; Aquilæ scilicet Pontici proselyti, et Theodotionis Hebionei, et Symmachi ejusdem dogmatis, qui in Evangelium quoque κατὰ Ματθαῖον scripsit commentarios, de quo et suum dogma confirmare conatur. Præterea quintam et sextam et septimam editionem, quas etiam nos de ejus bibliotheca [2] habemus, miro labore reperit, et cum cæteris editionibus comparavit [3].

**896** Et quia indicem operum ejus in voluminibus epistolarum, quas ad Paulam scripsimus, in quadam epistola [4] contra Varronis opera conferens posui, nunc omitto: illud de immortali ejus ingenio non tacens, quod dialecticam quoque et geometriam, et arithmeticam, musicam, grammaticam et rhetoricam, omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque [5] sæcularium litterarum sectatores haberet, et interpretaretur eis quotidie, concursusque ad eum miri fierent: quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione sæcularis litteraturæ in fide Christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis, quæ adversum Christianos sub Decio consurrexit, eo quod in religionem Philippi desæviret, quem et interfecit, superfluum est dicere: cum etiam Fabianus, Romanæ Ecclesiæ episcopus, in ipsa occubuerit, et Alexander Babylasque, Hierosolymorum et Antiochenæ Ecclesiæ pontifices, in carcere pro confessione Christi dormierint. Et super Origenis statu si quis scire C velit, quid actum sit, primum quidem de epistolis [6] ejus, quæ post persecutionem ad diversos missæ sunt; deinde de sexto Eusebii Cæsariensis ecclesiasticæ historiæ libro, et pro eodem Origene in sex voluminibus, poterit liquido cognoscere [7]. Vixit

[1] **Expungenda videatur vox isthæc** *volumen*, quam nec Veronensis liber, nec Græcus interpres agnoscunt. Dixerit Hieronymus *in unum*, quod est una, simul, illas editiones Origenem congregasse; nec enim verosimile est uno comprehendisse volumine. Quæ ejus laboris supersunt fragmenta, duos explent in folio tomos.

[2] Scilicet Cæsariensi. De Symmacho vid. Ebed-Jesu c. 10.

[3] Quidam mss. teste Martianæo, *copulavit*. Pessime autem Græcus interpres ὠνήσατο qui *comparare*, id est, *conferre*, accepit perinde atque *emere*.

[4] *In quadam epistola*. Hæc epistola injuria temporum intercidit; cujus tamen bonam partem Rufini invectiva nobis conservatam prodidit. Vide supra in fine Epistolarum secundæ classis. Cæterarum quoque volumina Epistolarum invidit posteris humilitas ac modestia sanctæ Paulæ, que noluit nomen suum celebrari ex Epistolis S. Hieronymi. MARTIAN.

— Hujus epistolæ fragmentum servavit Rufinus in *Invectivarum* lib. II, quod et nos inde ascitum in priori tomo, epist. 33, exhibemus. Eumdem indicem Eusebius instituerat in Vita. S. Pamphili mart. quacum una periit.

[5] Vaticanus *studiosos quosque* pro *quoque*, quod utique reponi velim; nam cum sæculares litteræ sint geometria, arithmetica, musica, etc., quas enumerat, *quosque* horum studiose Origenis sectatores fuisse tradit.

[6] Hæ autem epistolæ interciderunt, quemadmodum et Apologia, quam mox laudat sex voluminibus, quorum unum tantum ex Rufini interpretatione superat. Vid. Eusebii luculentissimum de illis testimonium, lib. VI. c. 39.

[7] *Liquido cognoscere*. Inter hæc verba *cognoscere* et *vixit*, addita leguntur consequentia verba in codice ms. Ambrosianæ bibliothecæ num 281, et in Vaticanis 348, 349: « Hæc laus Origenis et falsa D est, et deceptio plurimorum, qui in amorem ejus provocantur: cum constet eum super omnes hæreticos venenato ore (*vel* venerario) inauditas et intolerabiles blasphemias spiritu diabolico in Dominum nostrum Jesum Christum locutum fuisse: quinque a sanctis Patribus, episcopis, et monachis anathematizatus, etiam bona ipsius minime legi debere. Vixit, etc. » MARTIAN.

— In ms. Ambrosiano 281 et duobus Vaticanis Scholion hujusmodi inepiissimum invenit Martianæus: « Hæc laus Origenis et falsa est, et deceptio plurimorum, qui in amorem ejus provocantur; cum constet eum super omnes hæreticos venenato ore inauditas et intolerabiles blasphemias spiritu diabolico in Dominum nostrum Jesum Christum

usque ad Gallum et Volusianum, id est, usque ad LXIX ætatis suæ annum; et mortuus est Tyri, in qua urbe et sepultus est.

A γῶς μαθεῖν δυνήσεται. Ἔζησεν ἕως Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἕως ἐννάτου καὶ ἑξηκοστοῦ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἔτους, καὶ ἐκοιμήθη ἐν Τύρῳ, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη.

## CAPUT LV.

Ammonius, vir disertus et valde [1] eruditus in philosophia [2], eodem tempore Alexandriæ clarus habitus est : qui inter multa ingenii sui et præclara monumenta etiam de consonantia Moysi et Jesu elegans opus composuit [3], et evangelicos canones excogitavit, quos postea secutus est Eusebius Cæsariensis. Hunc falso accusat Porphyrius [4], quod ex Christiano ethnicus fuerit, cum constet eum usque ad extremam vitam Christianum perseverasse.

Ἀμμώνιος, ὁ ἐλλογιμώτατος καὶ φιλοσοφίας πεπαιδευμένος, ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λαμπρὸς φανεὶς, μεταξὺ τῶν συνταγέντων παρ' αὐτοῦ περιφανῶν λόγων, καὶ περὶ τῆς συμφωνίας Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ βίβλον θαυμαστὴν συνέθηκε, καὶ εὐαγγελικοὺς κανόνας ἐφεῦρεν, οἷς μετὰ ταῦτα ἐξηκολούθησεν Εὐσέβιος ὁ Καισαρεύς. Τούτου πλαστῶς κατηγορεῖ ὁ Πορφύριος, φάσκων ἀπὸ Χριστιανῶν ἐθνικὸν γεγενῆσθαι, ὅστις ἄχρι τῆς τελευταίας Χριστιανὸς διετέλεσεν.

## CAPUT LVI.

**897** Ambrosius primum Marcionites [5], deinde ab Origine correctus, Ecclesiæ diaconus, et confessionis Dominicæ gloria insignis fuit, cui et Protocteto presbytero [6] liber Origenis de Martyrio scribitur. Hujus industria et sumptu et instantia adjutus infinita Origenes dictavit volumina [7]. Sed et ipse, quippe ut vir nobilis, non inelegantis ingenii fuit, sicut ejus ad Origenem epistolæ [8] indicio sunt. Obiit ante mortem Origenis [9], et in hoc a plerisque reprehenditur, quod vir locuples amici sui senis et pauperis moriens non recordatus sit.

B **898** Ἀμβρόσιος πρῶτον Μαρκιωνιστὴς, ὕστερον παρὰ Ὠριγένους διορθωθεὶς, Ἐκκλησίας διάκονος, καὶ θείας ἐξομολογήσεως ἐπίσημος ἐγένετο· τούτῳ ὑπὲρ Θεοκτίστου πρεσβυτέρου βίβλος Ὠριγένους περὶ τοῦ Μαρτυρίου γράφεται. Τῇ σπουδῇ τούτου καὶ ἀναλώμασι καὶ ἐπείξει πρὸς τοῦτον πάμπολλα Ὠριγένης ἐπέστειλε συντάγματα. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς, ἀνὴρ εὐγενέστατος ὤν, οὐκ ἄκομψος ἐν τῇ εὐφυΐᾳ ὑγένετο, καθὰ αἱ πρὸς Ὠριγένην τούτου δηλοῦσιν ἐπιστολαί. Ἐτελεύτησε δὲ πρὸ Ὠριγένους· καὶ ἐν τούτῳ παρὰ πολλῶν καταγινώσκεται, ὅτι περ πλούσιος ὤν, τοῦ οἰκείου φίλου γέροντος καὶ πένητος τελευτῶν οὐκ ἐμνήσθη.

## CAPUT LVII.

Tryphon [10], Origenis auditor, ad quem nonnullæ

Τρύφων, Ὠριγένους ἀκροατὴς, πρὸς ὃν πολλαί εἰ-

locutum fuisse : quique a sanctis Patribus, episcopis, et monachis anathematizatus, etiam bona illius minime legi debere. »

[1] Hic Ammonius *Monotessari* Christianus scriptor, ad hanc usque diem cum alio Ammonio cognomento Saccas, Plotini præceptore, confusus. Erroris causa Eusebio fuit Porphyrius, qui cum de Ammonio Sacca sive Saccario dixisset, quod ex Christiano Ethnicus fuerit, ille tanquam de altero hoc Ammonio Christiano scriptore, et usque ad extremam vitam perseverante, dictum perperam intellexit. Sed palmaris hæc diversitas est inter utrumque, quod Ammonium Plotini magistrum nihil unquam scripsisse constet, et testetur Longinus, noster vero duo hæc opera elucubrarit, quæ Hieronymus recenset.

[2] Absunt e Vatic. cod. *in philosophia*, ab editione Martianæi *valde*. Utrumque vero asserit Porphyrius apud Euseb. VI. 19, πλείστην ἐπίδοσιν ἐν φιλοσοφίᾳ illi tribuens.

[3] Jamdudum periit opus istud. Canones qui Evangeliis præfiguntur, ex Ammonii *Harmonia* sive *Monotessaro* Eusebius Cæsariensis concinnavit.

[4] Porphyrius lib. III *Contra Christianos*, quem egregie mentitum tum de aliis, cum præcipue de Ammonio Eusebius revincit.

[5] Eusebius VI, 18, Valentinianæ eum dixit primum addictum sectæ : τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονοῦντα αἱρέσεως. Epiphanius, hæres. LXIV, 3, ab aliis Marcionistem, ab aliis Sabellianum tradit appellatum : alii Noetianum faciunt. Cæterum fuit ille tum generis claritate et ingenii, tum opum

C copia et vitæ post conversionem instituto nobilissimus.

[6] Vulgati et Græcus, *cui pro Theoctisto presbytero* ; et Veronensis ms. expertus audaculi librarii manum, *cui pro Toctisto presbytero* ; et mox *scriberetur*. Veram lectionem restituit ante me cl. Fabricius ex Eusebio, ipsoque Origenis libro, ubi Ambrosium et Protoctum alloquitur, Ἀμβρόσιε θεοπρεπέστατε, Πρωτόκτητε εὐσεβέστατε. Nunc Vaticani codicis fide asseritur, *cui cum Protocteto presbytero*, etc. Nicephorus quoque Callistus, lib. V *Hist. Eccl.* cap. 19 : Προτρεπτικὸν εἰς μαρτύριον γενναῖον λόγον συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας τὸ σύγγραμμα προσφωνῶν.

[7] Ita ex laudato Vaticano emendavimus, cum hactenus aut nullo aut contrario sensu *ad hunc* legeretur ; unde ἐργοδιώκτη Ambrosio *infinita volumina* ab Origene dedicata, quæ perierint, docti viri frustra comminiscuntur. Et vero solemnis Hieronymo est phrasis *adjutus hortatu precibus*, etc.

D [8] Has epistolas nobis ætas invidit. Ejus modo fragmentum superest, quam Ambrosio quidem tribuit Hieronymus epist. 45, *ad Marcellam* ; sed ipsiusmet Origenis videtur esse de Ambrosio inscripta.

[9] In Veronens. *Obiit autem ante Origenem*. Contigerit Ambrosii mors circa an. 351.

[10] Hujus Tryphonis haud scio, qui ex antiquis præter Hieronymum meminerit. Quæ ejus laudantur opera, nullibi, quod sciam, inveniuntur. Interim Veronens. cod. *adjutorem* eum Origenis pro *auditore* dicit, vitiosa, ut videtur, litterarum metathesi.

σιν ἐπιστολαὶ, ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς πεπαιδευμένος, καθὰ σποράδην δείκνυσι συντάγματα, καὶ ἐξαιρέτως ἡ βίβλος περὶ Βουθηλείας τῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, καὶ περὶ τῶν Διχοτομούντων, ἅτινα μετὰ τῆς περιστερᾶς καὶ τρυγόνος τοῦ Ἀβραὰμ ἐν τῇ Γενέσει ἀναγινώσκομεν. A

ejus exstant epistolæ, in Scripturis eruditissimus fuit. Quod quidem et multa ejus sparsim ostendunt opuscula, sed præcipue liber, quem composuit de Vacca rufa [1] in Deuteronomio, et de Dichotomematibus, quæ cum columba et turture Abraham ponuntur in Genesi.

## CAPUT LVIII.

Μινούκιος Φῆλιξ, ἐν Ῥώμῃ ἐπίσημος δικολόγος ὤν, συνέγραψε διάλογον Χριστιανοῦ καὶ ἐθνικοῦ, ὃν ἐπέγραψεν Ὀκτάβιον. Καὶ ἕτερος δὲ λόγος ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ φέρεται, περὶ Μοίρας, ἤτοι κατὰ τῶν μαθηματικῶν, ὅστις λόγος εἰ καὶ ἐλλογίμου ἀνδρὸς φαίνεται, ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ συνᾴδειν τῷ χαρακτῆρι τοῦ προειρημένου λόγου. Μέμνηται τούτου τοῦ Μινουκίου καὶ Λακτάντιος ἐν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασιν.

Minucius Felix [2], Romæ insignis causidicus, scripsit Dialogum Christiani et ethnici disputantium [3], qui *Octavius* inscribitur. Sed et alius sub nomine ejus fertur de Fato [4], vel contra mathematicos, qui cum sit et ipse diserti hominis, non mihi videtur cum superioris libri stylo convenire. Meminit hujus Minucii et Lactantius [5] in libris suis.

## CAPUT LIX.

899 Γάϊος ἐπὶ Ζεφυρίνου Ῥώμης ἐπισκόπου, τουτ' ἔστιν, ἐπὶ Ἀντωνίνου υἱοῦ Σεβήρου, διάλεξιν κατὰ Προκούλου σπουδαστοῦ Μοντανοῦ σφόδρα μεγίστην ἔσχεν, εὐθύνων αὐτὸν προπετείας, τῆς καινῆς Προφητείας, ἐν αὐτῷ τῷ τεύχει τρισκαίδεκα Ἐπιστολὰς μόνας Παύλου ἀπαριθμούμενος· τὴν γὰρ πρὸς Ἑβραίους λέγει μὴ εἶναι αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄχρι τοῦ παρόντος Παύλου ἀποστόλου νομίζεται μὴ εἶναι. B

900 Gaius, sub Zephyrino Romanæ urbis episcopo, id est sub Antonino Severi filio, disputationem adversum Proculum [6], Montani sectatorem, valde insignem habuit, arguens eum temeritatis, super Nova Prophetia defendenda, et in eodem volumine Epistolas quoque Pauli tredecim tantum enumerans; decimam quartam quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus esse, sed et apud Romanos [7] usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.

## CAPUT LX.

Βήρυλλος, Ἀραβίας τῆς Βοστρήνων ἐπίσκοπος, ἐπί τινα χρόνον ἐνδόξως κυβερνήσας τὴν Ἐκκλησίαν, τελευταῖον εἰς τὴν ἀρνουμένην τὸν Χριστὸν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὀλισθήσας, παρὰ Ὠριγένους ἐπιστραφεὶς, συνέγραψε ποικίλα πράγματα, καὶ μάλιστα ἐπιστολὰς ἐν αἷς τῷ Ὠριγένει εὐχαριστεῖ· ἀλλὰ καὶ Ὠριγένους πρὸς αὐτόν εἰσιν Ἐπιστολαί. Ἔστι C διάλογος Ὠριγένους καὶ Βηρύλλου, ἐν ᾧ αἱρέσεως εὐθύνεται. Διέπρεψε δὲ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου, τοῦ Μαμέας υἱοῦ, καὶ Μαξιμίνου καὶ Γορδιανοῦ, τῶν διαδεξαμένων τὴν ἐκείνου βασιλείαν.

Beryllus [8], Arabiæ Bostrenus episcopus, cum aliquando tempore gloriose rexisset Ecclesiam, ad extremum lapsus in hæresim, quæ Christum ante incarnationem [9] negat, ab Origene correctus, scripsit varia opuscula, et maxime epistolas, in quibus Origeni gratias agit; sed et Origenis ad eum litteræ sunt [10]. Exstat dialogus Origenis et Berylli, in quo hæreseos coarguitur. Claruit autem sub Alexandro, Mammeæ filio, et Maximino et Gordiano, qui ei in imperium successerunt.

[1] **Mactari** *vacca rufa* non in Deuteronomio jubetur sed in Numerorum libro cap. XIX, De *Dichotomematibus* autem, quæ vox *sectionem in duas partes* notat, victimarum, quas Abraham secuit, historiam habes Genes. XV. Mox Vatic. lib., *ad Abraham ponuntur;* rectius Guelpherbytanus, *ab Abraham*, etc.

[2] *Minucius Felix.* Sangermanensis codex ponit *Caium* ante *Minucium Felicem* licet in Indice et Catalogo sequatur ordinem huc vulgatum. Certe D æquales sunt inter se et cum Tertulliano, si doctis scriptoribus credimus. MARTIAN.

[3] Veronens. *Ethnici disputantis.* Vitiose autem Sigebergens., *Hæretici.*

[4] Jam non extat quicunque liber hic fuerit. Certe tale aliquid *de Fato* scripturum se ipse Minucius promiserat in Octavio cap. 36, ubi, *Ac de Fato.* inquit, *satis, vel si pauca pro tempore, disputaturi alias, et uberius et alenius.*

[5] Lactantius, lib. I, *Divin. Instit.* cap. 11.

[6] *Proclum* vocant Eusebius, II, 25, et Photius, cod. 48 πρὸς Πρόκλον, Latini autem frequentius *Proculum.* Gaii contra illum disputatio jamdudum periit. Caracalla Severi filius imperium administravit ab anno 211 ad 217.

[7] Eusebius παρὰ Ῥωμαίων τισὶν, non absolute, ut Hier. interpretatur, *apud Romanos.*

[8] Idem in *Chronic.* tradit ad an. 6 Alex. Severi, *Beryllus episcopus Arabia Bostrenus clarus habetur.* Vid Euseb. XI, 20.

[9] Veronens. *ante carnem negat.* Guelpherbyt. *ante incarnationem fuisse negat.* Ex Eusebio, lib. VI, cap. 33, intelligas negasse Beryllum Christo propriæ personæ differentiam antequam carnem sumeret: Μηδὲ μὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, juxta Noeti hæresin quæ postea et Sabellii fuit.

[10] Nihil hodie superest e Berylli scriptis, sive Origenis ad Beryllum.

## CAPUT LXI.

Hippolytus, cujusdam Ecclesiæ episcopus [1], nomen quippe urbis scire non potui, rationem Paschæ temporumque Canones scripsit [2], usque ad primum annum Alexandri imperatoris, et sedecim annorum circulum, quem Græci ἑκκαιδεκαετηρίδα vocant, reperit, et Eusebio, qui super eodem Pacha Canonem, decem et novem annorum circulum [3], id est, ἐννεακαιδεκαετηρίδα **901** composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi : in Ἑξαήμερον et in Exodum [4], in Canticum canticorum, in Genesim, et in Zachariam ; de Psalmis, et in Isaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Proverbiis, de Ecclesiaste, de Saul et Pythonissa, de Antichristo [5], de Resurrectione, contra Marcionem, de Pascha, adversum omnes hæreses, et Προσομιλίαν [6] de laude Domini Salvatoris, in qua præsente Origene, se loqui in ecclesia significat. In hujus æmulationem [7] Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem, in Scripturas commentarios scribere, præbens ei septem et eo amplius notarios eorumque expensas, et librariorum parem numerum, quodque his majus est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Unde in quadam epistola ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat.

Ἱππόλυτος, οὐκ οἶδα ποίας Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ τίνος πόλεως τὴν προσηγορίαν μαθεῖν οὐκ ἠδυνήθην, συνέγραψε λόγον τοῦ Πάσχα, καὶ τοὺς χρονικοὺς κανόνας ἕως πρώτου ἐνιαυτοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, δεκαὲξ λέγω δὴ ἐνιαυτῶν κύκλον, ὃν οἱ λεγόμενοι Γραικοὶ ἑκκαιδεκαετηρίδα καλοῦσιν, Εὐσεβίῳ τῷ περὶ αὐτοῦ τοῦ Πάσχα ἐννεακαιδεκαετηρίδα συντάξαντι πρόφασιν παρεσχηκώς. Ἔγραψεν εἰς τὰς θείας Γραφὰς ὑπομνήματα, **902** ἀφ' ὧν τάδε εὗρον, εἰς τὴν Ἑξαήμερον, εἰς τὴν Ἔξοδον, εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων, εἰς τὴν Γένεσιν, εἰς Ζαχαρίαν, περὶ Ψαλμῶν, εἰς Ἠσαΐαν, περὶ Δανιὴλ, περὶ Ἀποκαλύψεως, περὶ Παροιμιῶν, περι Ἐκκλησιαστοῦ, περὶ Σαοὺλ καὶ Πύθωνος, περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, περὶ Ἀναστάσεως, κατὰ Μαρκίωνος, περὶ τοῦ Πάσχα, κατὰ πασῶν τῶν Αἱρέσεων, προσομιλιῶν (*leg.* προσομιλίαν) περὶ τῶν Ἐπαίνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ἑαυτὸν ὡμιληκέναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δηλοῖ. Ἀμβρόσιος, ὅντινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψαι προείρηται, προετρέψατο Ὠριγένη τὰς θείας ὑπομνηματίσαι Γραφὰς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἑπτὰ καὶ πλείους νοταρίους, καὶ τὰς τούτων δαπάνας, καὶ καλλιγράφους τὸν ἴσον ἀριθμὸν, καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, ἀνυποίστῳ σπουδῇ ἑκάστοτε ἔργον παρ' αὐτοῦ ἀπαιτῶν, διὸ ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ ἐργοδιώκτην αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ.

[1] Inter varias veterum et recentiorum sententias de Ecclesia quam Hippolytus obtinuit, illa verosimilior videtur esse, quæ eum Portus Romani, non ab Ostia Tiberina, sed celebris hoc nomine in Arabia emporii, hodie *Adena*, episcopum facit. *Abulidem Romæ episcopum* Arabes vocant. Vid. Catalogum Ebed-Jesu, cap. 7.

[2] Cod. Veronens. *temporumque scripsit*, absque voce *canonem*. Hanc libri de Paschate partem alteram fuisse Valesius sentit, quod Scaliger et Bucherius minime animdaverterunt. Nimirum χρονικὸς canon iste ad usque primum Alexandri annum producebatur; contra Paschatis ratio ex eo ipso anno incipiebat. Eximium hocce monumentum nedum chartis descriptum, in marmorea ejusdem S. Hippolyti cathedra, cui insidet ipse ex marmore, priscis temporibus sculptum, hodiedum superest in Vaticanæ Bibliothecæ vestibulo. Dextrum latus exhibet Chronologiam paschalem per cyclos annorum 212 Julianorum proleptico ordine e sacris Litteris. Alterum expansionem cycli ejusdem paschalis per septem Heccedecaeteridas. In Posticæ autem laterculo aliquot ejusdem Operum Catalogus exhibetur, cujus tamen inscriptio superiori parte multata est.

[3] Hic vero decemnovennalis cyclus ab Eusebio concinnatus intercidisse vulgo creditur; verum ut doctior criticulus superius sentit, nunquam ab Eusebio compositus est. Hieronymus id hausit seu verius male accepit ab Eusebio ipso, ubi in Vita Constantini lib. VI, cap 34 et 35, memorat se compossuisse *Librum quemdam, quo arcana Paschalis festi ratio erat exposita*, quem et Constantino nuncupavit. Verum ex toto contextu ipsaque Constantini ad Eusebium responsione satis manifesto colligitur, eum librum *mysteria Christi et Paschalis* ejus *festi typicam expositionem* continuisse, non decemnovennalem cyclum lunarum paschalium. Hieronymus tunc ipsum de Paschate librum Eusebii non videtur oculis usurpasse, nam neque eum infra memorat inter Eusebii scripta suo loco cap 81. Hic autem etiam contra Eusebium putat, dicens ab Hippolyto decemnovennalis cycli condendi occasionem eum sumpsisse, cum hunc cyclum diu antea circa initium imperii Probi imperatoris concinnatum fuisse ab Anarchio Laodiceæ in Syria episcopo ipsemet tradat Eusebius *Histor. Ecclesiast.* lib. VII. c. 32. Multum quoque probabile est, Alexandrinam Ecclesiam jam ante Nicænum concilium cyclo isto usam decemnovennali. Cæterum Hieronymi testimonium hocce fraudi fuit et Gennadio *de Scriptor. Eccl.* cap. 38, quemadmodum Gennadius, Stedono Hispalensi, lib. VI *Origin.* c. 17, qui idem de Eusebio tradunt, ut sequiores taceam Cœlfridum, et Bedam qui unus ex alio descripsit.

[4] Verba *et in Exodum* Veronensis codex non habet, et qui habent mss. libri atque editi, videntur accepisse pro his, *et post Hexaemeron.* Ita Eusebius VI, 22, Commentario in Ἑξαήμερον alium εἰς τὰ μετὰ τὴν Ἑξαήμερον subjungit, atque ex eo Rufinus *in Hexaemeron, et ea, quæ post Hexaemeron.* Putaverat forte aliquis in Hieronymi textu vitiose idem Græcum verbum *Hexaemeron*, repeti, et in *Exodum* mutavit.

[5] Hic quoque liber *de Antichristo* superat, quem Photius cod. 202 *de Christo et Antichristo* legit inscriptum, quemadmodum et alius *contra omnes hæreses.* Cætera S. martyris scripta, paucis fragmentis exceptis, perierunt.

[6] Veron. *Prosaomelian*, ex quo et ex Vatican. ipsoque Hieronymi textu legendum liquet προσομιλίαν, ut Fabricius restituit. Antea editi perperam ποὸς ὁμιλιῶν, vel περὶ ὁμιλιῶν ; Erasm. *et similia.* Fuerit isthæc hom. *de Epiphania*, quæ exstat.

[7] Græcus interpres, et quædam Latinæ editiones hæc verba *in hujus æmulationem*, cum superioribus vitiose jungunt.

## CAPUT LXII.

A Ἀλέξανδρος, ἐπίσκοπος Καππαδοκίας, πόθῳ τῶν ἁγίων τόπων ἐπιστὰς τῇ Ἱεροσολύμων, τοῦ ἐπισκόπου Ναρκίσσου τῆς αὐτῆς πόλεως ἤδη γεγηρακότος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν κυβερνῶντος, αὐτῷ τε τῷ Ναρκίσσῳ καὶ πολλοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ ἀπεκαλύφθη μέλλειν τῇ ἑξῆς ἕωθεν εἰσιέναι ἐπίσκοπον τὸν ὀφείλοντα βοηθὸν γενέσθαι τῆς ἱερατικῆς καθέδρας. Τοῦ πράγματος τοίνυν καθὼς προεμηνύθη πληρωθέντος, πάντων τῶν ἐν Παλαιστίνῃ ἐπισκόπων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντων, συνεπινεύοντος αὐτοῖς Ναρκίσσου, τὴν κυβέρνησιν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας σὺν αὐτῷ ἀνεδέξατο. Οὗτος ἐν τῷ τέλει μιᾶς ἐπιστολῆς γραφείσης παρ' αὐτοῦ πρὸς Ἀντινοΐτας, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς **903** εἰρήνης, ἔφη· « Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὃς πρὸ ἐμοῦ εἴχετο τῆς ἐνταῦθα ἐπισκοπῆς, καὶ νῦν τὸν αὐτὸν ἰθύνων μετ' ἐμοῦ εὐ- B χόμενος ἐπέχει, ἐνιαυτὸν ἄγων ἑκατοστοεξκαιδέκατον, δεόμενος ὑμῶν ἅμα ἐμοὶ, ἵνα τὸ αὐτὸ καὶ ἓν φρονήσητε. » Ἔγραψε καὶ ἄλλην πρὸς Ἀντιοχεῖς διὰ Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, περὶ οὗ προεῖπον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς Ὠριγένην καὶ ὑπὲρ Ὠριγένους κατὰ Δημητρίου, καὶ ὅτι προσμαρτυροῦντος Δημητρίου πρεσβύτερον αὐτὸν ἐχειροτόνησε. Καὶ ἄλλαι δὲ αὐτοῦ πρὸς διαφόρους φέρονται ἐπιστολαί. Τῷ δὲ ἑβδόμῳ διωγμῷ ἐπὶ Δεκίου ἡνίκα καὶ Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔπαθεν, ἀχθεὶς Καισάρειαν, καὶ εἰς φυλακὴν ἐγκλεισθεὶς, διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐξομολόγησιν ἐμαρτύρησεν.

Alexander, episcopus Cappadociæ [1], cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, et Narcissus episcopus ejusdem urbis jam senex [2] regeret Ecclesiam, et Narcisco et multis clericorum ejus revelatum est, altera die mane intrare episcopum, qui adjutor sacerdotalis cathedræ esse deberet. Itaque re ita completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palæstina episcopis in unum congregatis [3], adnitente quoque ipso vel maxime Narcisso, Hierosolymitanæ Ecclesiæ cum eo gubernaculum suscepit. Hic in fine cujusdam epistolæ, **904** quam scribit ad Antinoitas super pace Ecclesiæ, ait [4]: « Salutat vos Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, et nunc mecum eumdem orationibus regit, annos natus circiter centum sedecim [5], et vos mecum precatur ut unum idemque sapiatis. » Scripsit et aliam ad Antiochenses, per Clementem presbyterum Alexandriæ, de quo supra diximus [6], nec non ad Origenem, et pro Origene contra Demetrium; eo quod juxta testimonium Demetrii [7] eum presbyterum constituerit. Sed et aliæ ejus ad diversos feruntur epistolæ. Septima autem persecutione sub Decio, quo tempore Babylas Antiochiæ passus est, ductus Cæsaream, et clausus in carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatur.

## CAPUT LXIII.

C Ἰούλιος Ἀφρικανὸς, οὗ πέντε περὶ Χρόνων τυγχάνουσι λόγοι, ἐπὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνίνου τοῦ διαδεξαμένου Μακρῖνον, πρεσβείαν ἀνεδέξατο περὶ ἀναστάσεως Ἐμμαοῦς τῆς πόλεως τῆς μετακληθείσης Νικοπόλεως. Ἔστι καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Ὠριγένην, ἕνεκεν τῆς κατὰ Σωσάνναν ζητήσεως· λέγει

Julius Africanus [8], cujus quinque de Temporibus exstant volumina, sub imperatore [9] M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quæ postea Nicopolis [10] appellata est. Hujus est epistola ad Origenem super quæstione Susannæ:

[1] Urbem reticent Eusebius Hieronymusque: e quinto autem libro Juris Græco-Romani, ubi de translationibus episcoporum, Flavias fuisse intelligitur.

[2] Annos natus sedecim supra centum, ut mox dicitur Vid. Euseb. VI, 11.

[3] Veronens. lib. *cunctis Palæstinæ episcopis*. Mox duo mss. *annuente* pro *adnitente*. Primum hoc habetur exemplum dati viventi episcopo coadjutoris ac successoris, primum quoque translati ex una ad D aliam sedem episcopi. Postea tametsi vetitum fuerit Canone 23 Antiocheno, imo et 77 Apostolico, ut audiunt, hujusmodi exempla passim occurrunt.

[4] Apud Euseb. VI, 11: Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν, ἑκατὸν δεκαὲξ ἔτη ἠνυκώς, παρακαλῶν ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι.

[5] Annum superaddit S. Crucis ms. in quo *centum decem et septem* numerantur.

[6] Nimirum cap. 38, unde liquet falli Rufinum, qui non Alexandrinum Clementem, sed alium innui *Antiochenæ Ecclesiæ presbyterum* putat lib. VI *Hist.* c. 8. E tribus porro hisce epistolis sunt loca quædam penes Eusebium; alias nec de nomine novimus.

[7] Gravius rescribi mavult *contra testimonium Demetrii*. Imo vero *juxta* retinendum est; nam quod *sub ecclesiasticæ epistolæ testimonio* ut supra cap. 34 traditur, Origenem Alexander benigne exceperit, ac presbyterum ordinaverit, contra ipsum Demetrium ex suis ipsius litteris urgere debuit.

[8] Hunc Ebed-Jesus, Catalogi cap. 6, *Emmaus episcopum* vocat, cujus *Commentarios in Novum Testamentum*, et *Chronicon* laudat. Et hoc quidem alterum eximium opus, quo res ab orbe condito ad annum Christi 221 quinque libris digessit, jamdudum periit; sed ex eo multa chronographi sequiores mutuati sunt; atque Eusebius in primis, qui nedum in Chronico, etiam in *Præparat. Evangel.* lib. III, 10, et VIII, 1, duo affert insignia loca ex lib III et V. Hieronymus quoque *ex quinto temporum volumine* locum affert in cap. Danielis IX. Multa denique Dionysius patriarcha excripsisse dicitur, quæ in Eusebiano Chronico non habentur.

[9] Scilicet Heliogabalo, qui ab anno 218 ad 222 imperium tenuit.

[10] In Chronico ad an. 1 M. Aurelii Antoninio: « In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum. » Vide et Cassiodorum ad an. Christi 222,

eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam [1] non haberi, nec convenire cum Hebraica etymologia ἀπὸ τοῦ σχίνου σχισαι [2] καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam epistolam [3] scribit Origenes. Exstat ejus ad Aristidem altera epistola in qua super διαφωνίᾳ, quæ videtur esse in genealogia Salvatoris apud Matthæum et Lucam, plenissime disputat.

A γὰρ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τοῦτον μὴ εἶναι τὸν μῦθον, μηδὲ συνᾴδειν τῇ Ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ σχίσυ, σχίσαι, πρὸς ὃν δεδοκιμασμένην ἐπιστολὴν γράφει Ὠριγένης. Ἔστιν αὐτοῦ καὶ πρὸς Ἀριστείδην ἄλλη ἐπιστολή, ἐν ᾗ περὶ τῆς διαφωνίας τῆς δοκούσης εἶναι ἐν τῇ γενεαλογίᾳ τοῦ Σωτῆρος παρὰ Ματθαίου καὶ Λουκᾶ ἀρμοδίως(?) διαλέγεται.

## CAPUT LXIV.

Geminus [4], Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, pauca ingenii sui monumenta **905** composuit: florens sub Alexandro principe, et episcopo urbis suæ Zebenno [5], eo vel maxime tempore, quo Heracias Alexandrinæ Ecclesiæ pontifex ordinatus est.

Γεμῖνος τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὀλίγα τῆς οἰκείας εὐφυΐας **906** βιβλία συνέταξεν, ἀνθήσας ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπὶ Ζεβέννου ἐπισκόπου τῆς ἰδίας πόλεως, ἐν ἐκείνῳ μάλιστα τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ Ἡρακλᾶς τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας πρεσβύτερος κατέστη.

## CAPUT LXV.

B Theodorus, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareæ Ponti episcopus, admodum adolescens, ob studia Græcarum et Latinarum litterarum, de Cappadocia Berytum, et inde Cæsaream Palestinæ transiit, juncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, hortatus est eos ad philosophiam, in qua paulatim Christi fidem [6] subintroducens, sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio [7] itaque eruditi ab eo remittuntur ad matrem [8], e quibus Theodorus proficiscens, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας scripsit Origeni: et convocata grandi frequentia, ipso quoque Origene [9] præsente recitavit, qui usque hodie exstat. Scripsit et μετάφρασιν in Ecclesiasten, brevem quidem, sed valde utilem. Et aliæ hujus vulgo feruntur epistolæ [10], sed præcipue signa atque mi-

Θεόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, νέος κομιδῇ, διὰ τὴν παίδευσιν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα Ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ, ὧντινων τὴν ἐξαίρετον εὐφυΐαν ἑωρακὼς Ὠριγένης, τούτους εἰς φιλοσοφίαν προετρέψατο, καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν εἰσάγων, ζηλωτὰς ἰδίους κατέστησεν. Ἐπὶ πέντε τοίνυν παρ' αὐτοῦ παιδευθέντε ἔτη, πρὸς τὴν μητέρα ἀποπέμπονται, ἀφ' ὧν Θεόδωρος ἀποδημῶν, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας τῷ Ὠριγένει ἔγραψε, καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς ἐδιχωρίους, αὐτοῦ τε τοῦ Ὠριγένους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον, ὅστις ἄχρι τοῦ C παρόντος ὑπάρχει. Ἔγραψε δὲ καὶ ἔκφρασιν εἰς Ἐκκλησιαστὴν, ἐλάχιστον μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν

[1] *Hanc fabulam*. Fabulam hic vocat historiam Susannæ, sicut supra historiam Samsonis et Dalilæ. Vide Indicem prioris partis hujus tomi. MARTIAN. — *Fabulam* cum dicit Hieronymus, non statim pro figmento accipe; interdum enim et de verissimis rebus dixit, ut in Philem. *totam Samsonis fabulam*, et *Quæst. Hebr.* XI, 28, fabulam vocat quamdam Hebræorum traditionem de Abraham quam paulo post veram traditionem appellat.

[2] Ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι. Omittuntur verba hæc Græca in vetustissimo nostro codice Sangerman. Vide Præfationem Hieron. in librum Danielis, 1 tom edit. nostræ. MARTIAN.

[3] Partem hujus epistolæ servavit Euseb. lib. I *Hist.* c. 7. Exstant vero superiores de Susannæ quæstione tum Africani, tum Origenis.

[4] *Geminus*, etc. In eodem *Geminus* ponitur post *Theodorum*, quamvis in Indice liminari *Geminus* positus sit ordine vulgato. MARTIAN. — Hunc cod. Gemblac. *Eminum*, Eusebii Chronic. *Geminianum* appellat, Sangermanens, teste Martianæo post Theodorum vitiose collocat, ut et supra Gaium ante Minucium Felicem. Scripta hujus Gemini desiderantur, et nemo præter Hieronymum memoriat.

[5] Veron. cod. *Zebbenno*, Euseb. Σεβῖνον . alii *Zebennium* vocant. Alexander. Sev. ab an. 222 ad 235 imperavit.

[6] Minime vero ad Christi fidem per philosophiæ studium convertit illustres hos fratres Adamantius, jam enim antea Christianæ religioni dederant nomen; sed quemadmodum Eusebius tradit lib. VI cap. 30, illos « in Græcas Romanasque disciplinas vehementer intensos, injecto amore philosophiæ, a prioribus studiis ad divinarum rerum meditationem ut transirent, adhortatus est. » Profecto ipse Thaumaturgus in *Nuncupat. in Origen.* se multo ante ad agnitionem veritatis venisse profitetur, quam ad Origenem accessisset.

[7] Initio autem *Eucharistici* ad Origenem ipse de se testatur Gregorius jam ab octavo anno, nedum quinto, neminem audisse, nisi admirandos illos viros vere philosophiæ asseclas, condiscipulos nempe suos, Origenis auditores. At non ideo hæc Hieronymi sive Eusebii testimonio adversari putes: non enim se per octennium eos audivisse continuo tradit, sed præterquam illos, non alium quemquam.

[8] Perperam legit Martianæus *ad patrem*: quem decimo quarto ætatis suæ anno jam amiserat Gregorius, ut ipse in *Eucharistico* ad Origenem testatur; bene vero est, quod suspicatur legendum esse *ad patriam*: quam lectionem Lipsius et Gravius D ex Suida probaverant jamdiu antea.— *Remittuntur ad patrem.* Editi libri cum mss. non paucis, *ad matrem*, alii *ad Patrem*: forte *ad patriam* legendum esset. MARTIAN.

[9] Origenis nomen, quod videtur abundare, non repetit hic Veronensis liber.

[10] Ex his una tantum superest celeberrima inter canonicas Patrum epistolas. Post vocem *Epistolæ* addunt Suffridus Petri, Miræus, aliique, *et de fide*, apud Honorium, *et alias de fide Epistolas*. Quæ verba codices nostri omnes, aliique vetustissimi, tum Freculphus, et Græcus interpres ignorat. Vid. epist. 70, et *ad Magnum*, Comment. in Ecclesiastem cap. 4.

λόγον, καὶ ἄλλας πολλὰς ἐπιστολὰς, ποιήσας σημεῖά τε καὶ θαύματα, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν.

A racula, quæ jam episcopus cum multa Ecclesiarum gloria perpetravit.

## CAPUT LXVI.

Κορνήλιος, Ῥώμης ἐπίσκοπος, πρὸς ὃν ὀκτὼ Κυπριανοῦ ἐπιστολαὶ τυγχάνουσιν, ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Φλαβιανὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον περὶ τῆς συνόδου Ῥώμης, Ἰταλίας καὶ Ἀφρικῆς, καὶ ἑτέραν περὶ Νωβατιανοῦ, καὶ τῶν ὀλισθησάντων· τρίτην περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντων· τετάρτην πρὸς τὸν αὐὸν Φλαβιανὸν, πάνυ μεγάλην, καὶ τὰς αἰτίας τῆς Νωβατιανοῦ αἱρέσεως καὶ ἀναθέματα περιέχουσαν. **967** Ἐκυβέρνησε τὴν Ἐκκλησίαν ἔτη δύο, Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ βασιλευόντων, ὅντινα μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ διεδέξατο Λούκιος.

Cornelius, Romanæ urbis espicopus, ad quem octo Cypriani exstant epistolæ, scripsit epistolam ad Fabium [1] Antiochenæ Ecclesiæ episcopum, de synodo Romana, Italica, Africana, et aliam de Novatiano [2], et de his qui lapsi sunt; tertiam de gestis synodi (*Romanæ an.* 251); quartam ad eumdem Fabium valde prolixam, et Novatianæ hæreseos **968** causas et anathema continentem [3]. Rexit Ecclesiam annis duobus [4] sub Gallo et Volusiano, cui ob Christum martyrio coronato B successit Lucius.

## CAPUT LXVII.

Κυπριανὸς Ἄφρος, πρῶτον ἐνδόξως τὴν ῥητορικὴν διδάξας, πεισθεὶς παρὰ Κεκιλίου πρεσβυτέρου, οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκληρώσατο, Χριστιανὸς γενόμενος, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν τοῖς πτωχοῖς διέδωκε, καὶ μετ' οὐ πολὺ καταταγεὶς εἰς πρεσβύτερον, καὶ ἐπίσκοπος ἐγένετο Καρθαγένης. Τούτου τὸν τῆς εὐφυΐας κατάλογον ὑφαίνειν, περισσὸν ἡγοῦμαι, διὰ τὸ λαμπρότερα εἶναι τοῦ ἡλίου τὰ τούτου συντάγματα. Ἔπαθεν ἐπὶ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλιήνου βασιλέων, διωγμῷ, ὀγδόῳ αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἐν τῇ Ῥώμῃ Κορνήλιος, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.

Cyprianus Afer, primum gloriose rhetoricam docuit; exinde suadente presbytero Cæcilio, a quo et cognomentum sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogavit, ac post non multum temporis electus in presbyterum [5], etiam episcopus Carthaginiensis constitutus est. Hujus ingenii superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint ejus opera. Passus est sub Valeriano et Galieno principibus, persecutione octava, eodem die quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

## CAPUT LXVIII.

C Πόντιος, διάκονος Κυπριανοῦ, ἕως τῆς ἡμέρας τοῦ πάθους αὐτοῦ ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξορίαν ὑπομείνας, ἐξαίρετον τεῦχος βίου τε καὶ πάθους τοῦ Κυπριανοῦ αὐτοῦ καταλέλοιπεν.

Pontius [6], diaconus Cypriani, usque ad diem passionis ejus cum ipso exsilium sustinens, egregium volumen vitæ et passionis Cypriani reliquit.

## CAPUT LXIX.

Διονύσιος, Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἡρακλᾶ, σχολὴν κατηχήσεων πρεσβυτερίου κατέσχε καὶ Ὠριγένους ἐπίσημος βοηθὸς ἐγένετο. Οὗτος εἰς τὸ δόγμα

Dionysius, Alexandrinæ urbis episcopus, sub Heracla scholam κατηχήσεων presbyter tenuit, et Origenis valde insignis [7] auditor fuit. Hic in Cy-

[1] *Epistolam ad Fabium.* Erasmus legit *Flavianum*; sic quoque nonnulli mss. codices: at vetustiores retinent *Fabium*, vel *Favium*, et *Favianum*. MARTIAN. — Veronensis, atque alii apud Martianæum, *Favianum* vel *Fabianum*. Erasmus *Flavianum*; sed Φάβιον Euseb. VI, 43. et plerique editi et mss. libri vocant. Ejus epistolæ inter Cypriani opera habentur.

[2] Idem Veronensis *Novatio* legit pro *Novatiano*. Ita *Novati* nomen præferunt Eusebius, Rufinus, D Nicephorus. Vid. infra cap. 70.

[3] Hujus epistolæ fragmenta supersunt apud Euseb. lib. VI, cap. 43; superiores tres penitus intercidere; sed ambigi merito potest an altera, quam *de Novatiano et lapsis* inscribit epistolam, Cypriani sit, non Cornelii, ut Hier. refert. Certe tanquam Cypriani memorat hoc loco Eusebius, Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἅμ' αὐτῷ, etc.

[4] Verba *annis duobus* in S. Crucis codice non habentur. Certe cum an. 251, 2 Junii, episcopus Romæ creatus Cornelius fuerit, in sequentis vero anni die 14 Septembris in exsilio Centumcellis obierit, annum nonnisi tribus mensibus superavit.

[5] Noster mss., *allectus in presbyterium*, quæ verior videatur lectio. Confer Pontium in ejusdem S. Cypriani Vita, ubi, « Judicio, inquit, Dei et plebis favore ad officium sacerdotii, et episcopatus gradum adhuc neophytus, et, ut putabatur, novellus electus est. » Puta Christianis eum accessisse an. 246, in sequenti creatum presbyterum, nec diu post episcopum. De eo plura dicere superfluum esset. Passus est an. Christi 258.

[6] Perperam Gemblacensis ms. *Pontinum vocat.*

[7] Duo codices nostri *Origenis insignissimus, auditor*; alii apud Martianæum, *valde insignissimus*, et *vel insignissimus.* Porro Victorius *adjutor* maluit reponi pro *auditor*, ex aliquot mss., et Græco interprete. — *Vel insignissimus auditor fuit.* Sangerman. codex, *valde insignissimus auditor;* alii, *vel insignissimus auditor fuit*. Hoc est, omnium Origenis discipulorum præclarissimus, utpote qui copia librorum editorum, magistri secutus est exemplum. Frustra itaque Marianus *adjutorem* voluit reponere pro *auditore*. MARTIAN.

priani et Africanæ synodi dogma consentiens [1], de A hæreticis rebaptizandis, ad diversos plurimas misit epistolas, quæ usque hodie exstant, et ad Fabium [2] Antiochenæ urbis episcopum scripsit de pœnitentia, et ad Romanos per Hippolytum alteram: ad **909** Xystum, qui Stephano successerat, duas epistolas [3], et ad Philemonem et ad Dionysium, Romanæ Ecclesiæ presbyteros, duas epistolas, et ad eumdem Dionysium, postea Romæ episcopum, et ad Novatianum [4] causantem, quod invitus Romæ episcopus ordinatus esset, cujus epistolæ hoc exordium est [5]: « Dionysius Novatiano fratri salutem. Si invitus, ut dicis, ordinatus es, probabis, cum volens secesseris [6]. Nam oportuit quidvis etiam hac gratia perpeti, ne discinderetur Ecclesia Dei. Neque minus præclarum ex hoc contigisset testi- B monium, quod noluisses dissidium inducere, quam proficisci solet ex eo [7], si quis recuset simulacris immolare, atque adeo præclarius etiam, mea quidem sententia, siquidem illic uni propriæque consulitur animæ, hic totius Ecclesiæ negotium agitur. Tametsi nunc quoque si persuaseris, si compuleris fratres in concordiam redire, plus egeris officio, quam peccaris errato. Atque hoc quidem haud imputabitur, illud vero laudibus feretur. Cæterum si non obtemperantibus illis minus assequeris quod vis, tamen fac modis omnibus ut tuam ipsius serves animam. » Est ejus ad Dionysium [8] et ad Didymum altera epistola, et ἑορταστικαὶ de Pascha plurimæ, declamatorio sermone conscriptæ, et ad Alexandrinam Ecclesiam de Exsilio, et ad Hieracam [9] in Ægypto episcopum, et alia de Mor- C

A τοῦ Κυπριανοῦ καὶ τῆς Ἀφρικῆς συνόδου συναινῶν, περὶ αἱρετικῶν ἀναβαπτισθησομένων, πολλὰς πρὸς διαφόρους ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς, τὰς καὶ ἄχρι τοῦ παρόντος τυγχανούσας· καὶ πρὸς Φλαβιανὸν δὲ Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον γράφει περὶ μετανοίας, καὶ πρὸς Ῥωμαίους διὰ Ἱππολύτου ἑτέραν, καὶ πρὸς Ξύστον διαδεξάμενον Στέφανον **910** ἐπιστολὰς δύο, πρὸς Φιλήμονα καὶ Διονύσιον τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας πρεσβυτέρους ἐπιστολὰς δύο, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν Διονύσιον, ὕστερον Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Νωβατιανὸν αἰτιώμενον, ὡς ἄκων ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐχειροτονήθη ἐπίσκοπος, ἧστινος ἐπιστολῆς τὸ προοίμιον ἔχει οὕτως· « Διονύσιος Ἀλεξανδρείας Νωβατιανῷ. Εἰ ἄκων, ὡς φῂς, ἤχθης, δείξῃς ἀναχωρήσας ἑκών. Ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ B διακόψαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης, ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς Ἐκκλησίας· καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαις, καὶ εἰ βιάσαις τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα. Καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται, τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. Εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σῶζε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. » Ἔστιν αὐτοῦ πρὸς Διονύσιον καὶ Δίδυμον ἄλλη ἐπιστολὴ, καὶ ἑορταστικαὶ περὶ τοῦ Πάσχα πολλαὶ, λόγων κράτος ἔχουσαι, καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν περὶ Ἐξορίας, καὶ πρὸς Ἱέρακα Αἰγύπτου ἐπίσκοπον, καὶ ἄλλη περὶ Θνήσεως καὶ Σαββάτου, καὶ περὶ Γυμνασίου, καὶ πρὸς Ἑρμάμμωνα, καὶ ἄλλη περὶ Διωγμοῦ Δεκίου, C καὶ δύο λόγοι κατὰ Νέπωτος ἐπισκόπου τοῦ συγγρα-

[1] Ex ejus epistolis, quas hic Hier. laudat, haud ita constituendum videatur, siquidem minime sibi, sed aliis episcopis, Cappadociæ, Ciliciæ aliarumque provinciarum, tradit, Africanorum sententiam fuisse acceptam. Quinimo epist. ad Sixtum pont. Rom. apud Euseb. VII, c. 9, refert a sene quodam, qui olim ab hæresi ad Ecclesiam transierat, sollicitatum se diu, ut eum denuo baptizaret, quod tamen *de integro renovare non ausus sit*. Ita in illa, quæ est ad Philemonem Xysti presbyterum, apud Euseb., ubi de hæresibus interlocutus Dionysius, se singulos hæreticos ad Ecclesiam venientes, nullo illorum baptismo iterato, Heraclæ decessoris sui exemplo, suscepisse declarat. Demum mirari se ait Basilius Cæsareæ episcopus, epist. canonica ad Amphiloch. cap. 5, quod hæreticorum baptismum Dionysius susciperet, et nec illum quidem Pepuzenorum rejiceret, *qui in Patrem et Filium, Montanum, Priscillamque baptizabant*. Certe nec Basilii D auctoritas Hieronymi testimonio est inferior, nec nisi si memoriæ lapsum in Hieronymo quis putet, conciliari hæc potuerunt.

[2] Vitiose cum aliquot mss. Martianæus hic *Flavianum*, qui tamen supra c. 66 prætulerat *Fabium*. Hujus epist. satis ampla fragmenta apud Euseb. supersunt.

[3] Tres commemorat Eusebius, qui ex prima et secunda quædam affert loca, VII, 5, 6, 9, ut etiam e duabus quæ sequuntur.

[4] Ita et in Eusebio pro eo quod obtinet *Novati* nomine, *Novatianum* recte lectum ab Hieronymo verosimile est.

[5] Apud Euseb. VI, 45: Διονύσιος Νουατιανῷ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Εἰ ἄκων, ὡς φῂς, ἤχθης, δείξεις ἐὰν ἀναχωρήσῃς ἑκών· ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρεῦσαι γενομένης ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ μείζων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς Ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. Καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαιο ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα, καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται, τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. Εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. — Ad *Dionysius* addunt quidam codd. *Alexandrinus episcopus*; tum vitiose noster, *cum nolens recesseris*.

[6] Quæ exinde sequuntur hujus epistolæ uncinis inclusa verba, unus tantum e codicibus, quibus utimur, Vaticanus habet. Martianæus quoque respuit et quædam ante illum editiones: Græcus interpres iisdem ex Eusebio verbis describit, ex quo rursum colligas in Hieronymiano Latino exemplari non exstitisse.

[7] Verba, τοῦ μὴ εἰδωλολατρεῦσαι γενομένης ἡ, quæ apud Eusebium ob ejusdem vocis ἕνεκεν occursum solemni librariorum lapsu facile exciderant, cl. Fabricius e Nicephoro supplet.

[8] Non habet *ad Dionysium* Veronensis liber, pro quo videtur cl. Fabricio legendum *ad Domitium*, et *Didymum*. Consule Euseb. VII, 2, et Nicephor. VI, 18.

[9] Ita *Hieracam* reposuimus ex Vatic. mss. et Eusebio, καὶ Ἱέρακι... κατ' Αἴγυπτον ἐπισκόπῳ, ipsius denique cl. Fabricii emendatione. Editi antea *Heraclam* vitiose præferebant.

ψαμένου Χιλίων ἐνιαυτῶν σωματικὴν Βασιλείαν, ἐν οἷς περὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως ἐπιμελῶς διείλεκται. Καὶ κατὰ Σαβελλίου, καὶ πρὸς Ἄμμωνα Βερονίκης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Τελεσφόρον καὶ Εὔφραν, καὶ τέσσαρες λόγοι πρὸς Διονύσιον Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Λαοδικεῖς περὶ Μετανοίας, ὁμοίως πρὸς Κάνωνα περὶ Μετανοίας, πρὸς Ὠριγένην περὶ Μαρτυρίου, πρὸς Ἀρμενίους περὶ Μετανοίας, καὶ κανόνας ἁμαρτιῶν, περὶ Φύσεως πρὸς Τιμόθεον, περὶ Πειρασμῶν, πρὸς Εὐφράνορα, καὶ πρὸς Βασιλείδην πολλὰς ἐπιστολὰς, ἀφ' ὧν ἐν τῇ μιᾷ λέγει, ὡς ἤρξατο καὶ εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν συντάττειν Ὑπομνήματα, καὶ κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, ἐπίσημος αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολή. Τελευτᾷ τῷ δεκάτῳ ἔτει Γαλιήνου βασιλέως.

A talitate [1], **911** et de Sabbato, et περὶ Γυμνασίου, et ad Hermammonem [2], et alia de Persecutione Decii, et duo libri adversum Nepotem episcopum, qui mille annorum corporale regnum suis scriptis asseverat [3], in quibus de Apocalypsi Joannis diligentissime disputat : et adversum Sabellium, et ad Ammonem [4] Beronices episcopum, et ad Telesphorum, et ad Euphranorem [5], et quatuor libri [6] ad Dionysium Romanæ urbis episcopum, et ad Laodicences de Pœnitentia ; item ad Canonem de Pœnitentia [7], et ad Origenem de Martyrio, ad Armenios de Pœnitentia et de ordine delictorum, de Natura ad Timotheum [8], de Tentationibus ad Euphranorem. Ad Basilidem quoque multæ epistolæ, in quarum una se asserit etiam in Ecclesiasten cœpisse scribere Commentarios. Sed et adversus Paulum Samosatenum, ante paucos dies quam moreretur, insignis ejus fertur epistola. Moritur duodecimo Galieni [9] anno.

## CAPUT LXX.

**911** Νωβατιανὸς, τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, κατὰ Κορνηλίου τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς ὑπεισελθεῖν ἐπιχειρήσας, τὸ Νωβατιανῶν, ὅπερ Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ καθαρὸν λέγουσι, συνεστήσατο δόγμα, μὴ βουλόμενος τοὺς ἀποστάντας δέξασθαι μετανοοῦντας. Τούτου διδάσκαλος, ἤτοι ἀρχηγὸς Νώβατος, Κυπριανοῦ πρεσβύτερος γέγονε. Καὶ συνεγράψατο περὶ τοῦ Πάσχα, περὶ Σαββάτου, περὶ Περιτομῆς, περὶ Ἱερέως, περὶ Εὐχῆς, περὶ

B **912** Novatianus, Romanæ urbis presbyter, adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum, quod Græce dicitur Καθαρῶν [10] dogma constituit, nolens apostatas suscipere pœnitentes. Hujus auctor Novatus [11], Cypriani presbyter, fuit. Scripsit autem de Pascha, de Sabbato, de Circumcisione, de Sacerdote, de Oratione [12], de Cibis Judaicis, de Instantia, de Attalo multaque alia, et de Trinitate grande volumen, quasi ἐπιτο-

[1] Veronens. *de Immortalitate*, perperam. Pestem quæ ab anno 252 ad usque 267. Cedreno teste, Romanum imperium afflixit, Dionysii epistola describebat. Vide Eusebium VII, 22, initio.

[2] Ex eodem Eusebii capite in fine legendum videatur uno spiritu, *ad Hermammonem alia de persecutione*, etc., siquidem in ea epistola de Decii persecutione agebatur, quod et cl. Fabricio notatum est.

C [3] Rectius Veronens. *asserebat*. Hos autem adversus Nepotem Ægypti episcopum libros fortasse notat Hieronymus in Præfat. lib. XVIII *in Isaiam*, ubi mille annorum fabulam scribit a Dionysio Alexandrino derisam in libro contra Irenæum. Vid. Eusebium VII, 24.

[4] Eusebius VII, 26, unam videtur facere, κατὰ Σαβελλίου πρὸς Ἄμμωνα, non duas epistolas, quod cl. Fabricius animadvertit.

[5] Martian, aliique editi libri, *ad Euphram*. Codices nostri cum Fabricio, *Euphranorem* ; Euseb. quoque Εὐφράνορα, qui rursum ad *Ammonem* atque *Euporum* datas epistolas memorat.

[6] De his loqui intelligendus est sanctus doctor lib. contra Rufinum II, num. 17, ubi illos contra Sabellium scriptos testatur : « Dionysium Alexandrinæ urbis episcopum, virum eruditissimum, quatuor voluminibus disputantem adversus Sabellium in Arianum dogma delabi. » Quare et Gennadio, *Dogm. Eccles.* cap. 4, *fons Arii* dicitur. Verum et jam olim Athanasius singulari Apologia, atque ex eo Facundus X, 5, et recentiores quique doctissimi illum ab impacto Arianismo vindicant.

[7] *Item ad Canonem de Pœnitentia*. In aliquot exemplaribus mss. *Et Canonem de Pœnitentia*. MARTIAN. — Vitiose quidam etiam e nostris mss. *Item Canones de pœnitentia* ; nec minus male Martianæus, *Item ad Canonem de Pœnitentia*. Emendaverat ex Sophronio Erasmus, Fabricius ex Eusebio, καὶ πρὸς Κόνωνα, etc., quod Veronensis ac Cisterciensis mss. auctoritate firmatur.

[8] Veronensis post nomen *Timotheum* hoc inserit scholion : « Timotheum hunc ferunt proprium ejus filium exstitisse, cui (*al.* qui) elegantissimos libros de rerum natura composuit. » Euseb. ipse testatur VII, 16, *ad Timotheum filium*, Τιμοθέῳ τῷ παιδὶ, hos libros fuisse inscriptos, quorum fragmenta quædam servavit in *Præparat. Evangelica* XIV.

[9] Christi 165. Cod. Guelpherbyt., 13 *Galieni et Valeriani anno*. Porro ex omnibus magni Dionysii scriptis non nisi fragmenta quædam superesse dolendum est.

[10] Martianæus cum vulgo editis, καθαρόν, minus bene ac renuentibus melioris notæ mss. De Novatianis, qui se *Catharos quasi propter munditiam*, ut ait S. Augustin. c. 38 *de Hæresibus*, *superbissime atque odiosissime nominabant*, non est hic locus ad disserendum.

[11] Cod. S. Crucis, *auctor Novatianus*, male, Novatus enim auctor dogmatis de lapsis non recipiendis fuit, cui propagando se addidit Novatianus, Romanus presbyter, adversus Cornelium pontifex D factus.

[12] Vatic. *de Ordinatione*. Jam præter illum *de Cibis Judaicis*, et alterum *de SS. Trinitate*, quos laudat, reliqui videntur intercidisse. Notum vero Hieronymum a Paulo Concordiensi epist. 10 sibi mitti Novatiani scripta petiisse. « Ut dum, inquit, hæretici hominis venena cognoscimus, libentius sancti martyris Cypriani bibamus antidotum. »

μήν [1] operis Tertulliani faciens, quod plerique nescientes, Cypriani existimant.

A Βρωμάτων Ἰουδαϊκῶν, περὶ τῶν Ἐνεστώτων, περὶ Ἀττάλου, καὶ ἕτερα πολλά, καὶ περὶ τῆς Τριάδος μέγα τεῦχος, ὥσπερ ἐπιτομὴν τοῦ Τερτυλλιανοῦ συγγράμματος ποιῶν, ὅπερ πολλοὶ ἀγνοοῦντες νομίζουσιν εἶναι Κυπριανοῦ.

## CAPUT LXXI.

**913** Malchion, disertissimus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, quippe qui in eadem urbe rhetoricam florentissime docuerat [2], adversum Paulum Samosatenum, qui Antiochenæ Ecclesiæ episcopus dogma Artemonis instaurarat, excipientibus notariis disputavit; qui dialogus [3] usque hodie exstat. Sed et alia grandis epistola, ex persona synodi ab eo scripta, ad Dionysium et Maximum Romanæ et Alexandrinæ Ecclesiæ episcopos dirigitur. Floruit sub Claudio et Aureliano.

**914** Μαλχίων, ἐλλογιμώτατος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν ῥητορικὴν ἐπισήμως διδάξας, κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, τοῦ ἐν τῇ Ἀντιοχείας Ἐκκλησίᾳ τὸ δόγμα Ἀρτέμωνος ἀνανεώσαντος, ἐκλαμβανόντων νοταρίων διελέχθη, ὅστις διάλογος ἄχρι τῆς δεῦρο ὑπάρχει. Καὶ ἄλλη ἐπιστολὴ ἐκ προσώπου τῆς συνόδου παρ' αὐτοῦ γραφεῖσα, πρὸς Διονύσιον καὶ Μάξιμον Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπους πέμπεται. Ἤνθησεν ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Αὐρηλια-
B νοῦ.

## CAPUT LXXII.

Arhcelaus [4], episcopus Mesopotamiæ [5], librum disputationis suæ, quam habuit adversum Manichæum, exeuntem de Perside, Syro sermone composuit, qui translatus in Græcum habetur a multis [6]. Claruit sub imperatore Probo [7], qui Aureliano et Tacito successerat.

Ἀρχέλαος, ἐπίσκοπος Μεσοποταμίας, λόγον οἰκείας διαλέξεως, κατὰ Μανιχαίου, ἀπὸ Περσίδος ἐξελθόντος, τῇ τῶν Σύρων διαλέκτῳ συνέθηκεν, ὅς, μεταφρασθεὶς εἰς Ἑλληνικόν, ἔστι παρὰ πολλοῖς. Διέπρεψε βασιλεύοντος Πρόβου, τοῦ διαδεξαμένου Αὐρηλιανὸν καὶ Τάκιτον.

## CAPUT LXXIII.

Anatolius Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ episcopus, sub Probo et Caro [8] imperatoribus floruit; miræ doctrinæ vir fuit in arithmetica, geometria, astronomia, grammatica [9], rhetorica, dialectica. Cujus ingenii magnitudinem de volumine, quod super Pascha composuit [10], et decem libris de Arithmeticæ institutionibus, intelligere possumus.

Ἀνατόλιος, Ἀλεξανδρεύς, Λαοδικείας τῆς Συρίας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Πρόβου καὶ Κάρου βασιλέων ἤνθησε, θαυμαστῆς παιδεύσεως ἀνὴρ ἐν τῇ ἀριθμητικῇ, γεωμετρικῇ, ἀστρονομικῇ, γραμματικῇ,
C ῥητορικῇ, διαλεκτικῇ. Οὗτινος τῆς εὐφυΐας τὸ μέγεθος ἀπὸ τοῦ τεύχους τοῦ περὶ Πάσχα συντεθειμένου, καὶ ἀπὸ τῶν δέκα λόγων τῆς ἀριθμητικῆς συντάξεως, νοεῖν δυνησόμεθα.

## CAPUT LXXIV.

Victorinus, Petavionensis episcopus [11], non æque Latine ut Græce noverat. Unde opera ejus grandia

Βικτωρῖνος Πεταβίωνος ἐπίσκοπος, οὐχ ὁμοίως Ῥωμαϊστὶ ὡς Ἑλληνιστὶ ἠπίστατο· διὸ τὰ ἔργα

[1] Mihi etiamnum arridet conjectura Pamelii suspicantis ἐπίτασιν reponendum pro ἐπιτομήν, cum nullus alius Tertulliani *de Trinitate* ex proposito agens liber sit, aut olim fuerit, quam qui *adversum Præxeam* inscribitur, hic vero Novatiani lucubratione multo sit brevior, eaque adeo Tertullianici operis ἐπιτομή, sive *compendium* dici nullo modo potuerit, sed e contrario ἐπίτασις, sive *dilatatio* argumenti. Nec infrequens Hieronymo est ἐπιστάσεως voce uti eo sensu, quo
D aliquid copiosius tractari significatur, sive cum rei cujuspiam accessione denotari. Denique cum ait de Rufino, contra eumdem scribens lib. II, num. 20, « dicit Tertulliani librum, cui titulus est De Trinitate, sub nomine Cypriani Constantinopoli a Macedonianæ partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur duo; nam nec Tertulliani liber est, nec Cypriani dicitur, sed Novatiani, cujus et inscribitur titulo; » nullo verbo innuit expressum eum librum ex Tertulliano, quod utique præcavere debuisset, ne quid adversarius reponeret.

[2] Cod. S. Crucis, *plenissime docuerat*; et mox, *instaurabat*.

[3] Hujus Dialogi quædam restant fragmenta apud Leont. Byzant. l. IV *contra Nestorium*. Grandem porro epistolam Eusebius, qui eam magna ex parte recitat lib. VII, c. 30, a Malchione scriptam non tradit. tantum inter episcopos et presbyteros, diaconosque, quorum nomine data est, Malchionem quoque annumerat.

[4] Archelao in duobus e nostris codicibus Anatolius præponitur.

[5] Sive Charrarum, nobilis in Mesopotamia urbis.

[6] Non superest hodie nisi vetus Latina versio, eaque passim decurtata. Vid. quæ in eam præfatur cl. ejus editor Zaccagnius.

[7] Probus imperium administravit ab anno 276 ad 282.

[8] Carus post Probum anno 285 imperavit.

[9] Vocem *grammatica* facile expungi patiar ad fidem Veronensis ms. Et vero neque Eusebius VII, 32, doctum grammatica arte Anatolium dixit, cum reliquas in eo facultates laudaret: Ἄτε ἀριθμητικῆς καὶ γεωμετρίας, ἀστρονομίας τε καὶ τῆς ἄλλης διαλεκτικῆς, ἔτι τε φυσικῆς θεωρίας, ῥητορικῶν τε αὖ μαθημάτων ἐληλακὼς εἰς ἄκρον.

[10] Canonis hujus Paschalis antiqua exstat tantum Latina versio: sequentis autem operis non nisi fragmenta quædam. In Veronensi ferme elegantius, *decem libris Arithmeticæ institutionis*.

[11] *Victorinus Petabionensis episc.* Non erat iste Victorinus martyr episcopus Pictavorum, sed episcopus *Petabionensis* sive *Petavionensis* in

αὐτοῦ πάνυ μεγάλα ὄντα τοῖς **915** νοήμασιν, δοκεῖ A αἶναι εὐτελῆ διὰ τὴν τῶν λόγων σύνθεσιν. Ἔστι δὲ ταῦτα· Ὑπομνήματα εἰς τὴν Γένεσιν, εἰς τὴν Ἔξοδον, εἰς Λευϊτικὸν, εἰς Ἡσαΐαν, εἰς Ἰεζεκιὴλ, εἰς Ἀμβακοὺκ, εἰς Ἐκκλησιαστὴν, εἰς Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων, εἰς Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, καὶ ἕτερα πάμπολλα. Εἶτα τελευταῖον μαρτυρήσας ἐστέφθη.

sensibus, **916** viliora videntur compositione verborum. Sunt autem hæc: Commentarii in Genesim [1], in Exodum, in Leviticum, in Isaiam, in Ezechiel, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica canticorum, in Apocalypsim Joannis [2], adversum omnes hæreses, et multa alia. Ad extremum martyrio coronatus est.

## CAPUT LXXV.

Πάμφιλος πρεσβύτερος, Εὐσεβίου Καισαρείας ἐπισκόπου ἀναγκαῖος φίλος, οὕτω κατεσχέθη φίλτρῳ τῆς θείας Βιβλιοθήκης, ὥστε αὐτὸν μέγιστον μέρος τῶν Ὠριγένους συνταγμάτων ἰδίᾳ χειρὶ καταγράψαι, ἅπερ ἄχρι τοῦ παρόντος ἐν τῇ Καισαρείας βιβλιοθήκῃ τυγχάνει· καὶ εἰς τοὺς δώδεκα Προφήτας πέντε καὶ εἴκοσιν Ἐξηγήσεων Ὠριγένους τεύχη, τῇ χειρὶ αὐτοῦ εὗρον γραφέντα, ἅτινα τοσαύτῃ περιπτύσσομαι καὶ φυλάττω χαρᾷ, B ὡς τὸν Κροίσου πλοῦτον ἔχειν με πιστεύειν. Εἰ γὰρ μεγίστης ἐστὶ χαρμοσύνης μίαν ἐπιστολὴν μάρτυρος ἔχειν, πόσῳ μᾶλλον τοσαύτας χιλιάδας στίχων, δι' ὧν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ ἴχνη τοῦ οἰκείου καταλέλοιπε πάθους! Ἔγραψε δὲ πρὸ τοῦ Εὐσέβιον συγγράψαι Ἀπολογητικὸν ὑπὲρ Ὠριγένους, καὶ ἔπαθεν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐν τῷ Μαξιμίνου διωγμῷ.

Pamphilus presbyter, Eusebii Cæsariensis episcopi necessarius, tanto Bibliothecæ divinæ [3] amore flagravit, ut maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quæ usque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur. Sed et in duodecim Prophetas vinginti quinque Ἐξηγήσεων Origenis [4] volumina, manu ejus exarata reperi, quæ tanto amplector et servo gaudio, ut Cræsi opes habere me credam. Si enim lætitia est, unam epistolam habere martyris, quanto magis tot millia versuum, quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigiis [5]! Scripsit, antequam [6] Eusebius Cæsariensis scriberet, Apologeticum pro Origene [7], et passus est Cæsareæ Palæstinæ sub persecutione Maximini [8].

## CAPUT LXXVI.

Πιέριος, τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ἐπὶ Κάρου καὶ Διοκλετιανοῦ βασιλέων, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν Θεωνᾶς ἐπίσκοπος ἐκυβέρνα, ἀνθηρῶς τὸν λαὸν ἐδίδαξε, καὶ εἰς τοσαύτην τῶν τε λόγων καὶ διαφόρων ὁμιλιῶν, τῶν ἄχρι σήμερον τυγχανουσῶν, ἦλθεν C εὐφυΐαν, ὥστε αὐτὸν νέον κληθῆναι Ὠριγένην.

Pierius, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter sub Caro et Diocletiano principibus, eo tempore quo eam Ecclesiam Theonas [9] episcopus regebat, florentissime docuit populos, et in tantam sermonis diversorumque tractatuum, qui usque hodie exstant [10], venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur. Constat hunc miræ ἀσκήσεως et appetitorem vo-

Styria. Est enim urbs Pannoniæ superioris dicta. *Petovio*, *Petaxium* et *Pætovio*. Cave igitur errorem eorum qui Victorinum hunc martyrem Pictavorum in Gallia volunt fuisse episcopum. MARTIAN. — *Petabionensis* erat in superiori Pannonia episcopus, non *Pictaviensis*, ut olim falso lectum est. Hunc sæpius laudat Hieron. in epistolis, præcipue 61, *ad vigilantium*: 79, *ad Magnum*, 84, *ad Pammach.*, *et Ocean.*, atque alibi.

[1] Ex omnibus Victorini libris non nisi fragmentum *de Fabrica mundi*, quod ex Commentar. in Gen. doctis viris videtur excerptum, hodie superest. Commentarius in *Apocalypsim*, saltem interpolatorem est passus. Liber in *Cantica canticorum* in Veronensi ms. non recensetur.

[2] *In Apoc. Joan.* Exstat hic Commentarius, D cujus Latina versio nomine Hieronymi circumfertur. MARTIAN.

[3] Sic appellant ecclesiastici auctores Scripturam sacram. Alcimus Avitus epist. 2, *utramque Bibliothecam* dixit Novum ac Vetus Testamentum. Lectu dignum epigramma Alcuini in calce Scripturæ a se emendatæ.

Nomine *Pandecten* proprio vocitare memento
Hoc corpus sacrum, Lector, in ore tuo,
Quod nunc a multis constat *Bibliotheca* dicta
Nomine non proprio, ut lingua Pelasga docet.

[4] Hodie nec inter Origenis opera habentur.

[5] Al. *per quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia.*

[6] *Scripsit antequam*, etc. Hoc aliquando persuasum habuit S. Hieronymus, quod postea multis in locis abjecit et retractavit, maxime libro II *Apologiæ adversus Rufinum*, dicens: « Inter cæteros tractatores posui et hunc librum a Pamphilo editum; ita putavi esse, ut a te et tuis discipulis fuerat divulgatum. » MARTIAN.

[7] Scitum, quo studio hoc postmodum retractaverit sanctus doctor, et nullius unquam libri auctorem Pamphilum exstitisse contenderit. Vide epistolam 84, et maxime l. II *contra Rufinum*, in quem locum recole quæ adnotavimus. Exstat ejus operis primus tantum liber a Rufino Latine redditus, et pauca quædam loca ex cæteris apud Photium.

[8] Veronens. *Maximi*, corruptius, quam ut lectorem moneri oporteat. Passus est Pamphilus an. 309, 15 Februarii.

[9] Diocletianus ab anno 284 ad 305 imperium tenuit. Theonas episcopatum gessit ab an. 265 ad 300.

[10] Ex his fuerit et Commentarius in primam ad Corinthios, ex quo locum recitat sanctus doctor ep. 48, ad Pammach., et duodecim libri de quibus Photius cod. 219. Jamdiu autem est, ex quo omnia Pierii opera intercidere. Vid. Euseb. VII, 32.

luntariæ paupertatis fuisse [1] scientissimum et dialecticæ et rhetoricæ artis, **917** et post persecutionem omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum. Hujus est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia Paschæ [2] habitum ipse sermo demonstrat.

A Ὡμολόγηται δὲ τοῦτον τῆς τε ἀσκήσεως καὶ ἑκουσίου πτωχείας γεγενῆσθαι ἐραστὴν, ἔμπειρον ὄντα διαλεκτικῆς καὶ ῥητορικῆς ἐπιστήμης, καὶ κατὰ τὸν **918** διωγμὸν πάντα τὸν βίον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατετελεκέναι. Ἔστι τούτου μακροτάτη ὁμιλία περὶ Ὠσηὲ προφήτου, ἥντινα τῇ παννυχίδι τοῦ Πάσχα ἁρμόττειν πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν αὐτὸς ὁ λόγος δηλοῖ.

## CAPUT LXXVII.

Lucianus, vir disertissimus, Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, [3] tantum in Scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quædam exemplaria Scripturarum Lucianea nuncupentur. Feruntur ejus de Fide libelli [4], et breves ad nonnullos epistolæ. Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi, sub persecutione Maximini [5], sepultusque Helenopoli Bithyniæ.

Λουκιανὸς, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, τοσοῦτον ἐν τῇ ἀσκήσει τῶν Γραφῶν κέκμηκεν, ὥστε ἄχρι τοῦ παρόντος τινὰ τῶν ἀντιγράφων κληθῆναι Λουκιάνεια. Φέρονται αὐτοῦ περὶ Πίστεως λόγοι, καὶ βραχύταται πρός τινας ἐπιστολαί. Ἀπέθανεν ἐν Νικομηδείᾳ B ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ ἐξομολογήσεως, ἐν τῷ διωγμῷ Μαξιμίνου, καὶ ἐτάφη ἐν Ἑλενοπόλει τῆς Βιθυνίας.

## CAPUT LXXVIII.

Phileas, de urbe Ægypti quæ vocatur Thmuis [6], nobili genere et non parvis opibus, suscepto episcopatu, elegantissimum librum [7] de Martyrum laude composuit, et disputatione actorum habita adversum judicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur [8], eodem in Ægypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ.

Φιλέας, ἀπὸ πόλεως Θμούεως τῆς Αἰγύπτου, περιφανὴς τῷ γένει, καὶ οὐ μικρᾶς περιουσίας, ἐπισκοπὴν δεξάμενος, εὐφυέστατον λόγον περὶ τῶν ἐπαίνων τῶν μαρτύρων συνεγράψατο, καὶ διάλογον τῆς γενομένης πράξεως ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος καταναγκάζοντος αὐτὸν ἐπὶ τὸ θύειν. Οὗτος ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἀποτέμνεται, διωγμοῦ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὄντος, κἀκείνου αὐθεντοῦντος τοῦ καὶ ἐπὶ Λουκιανοῦ ἐν Νικομηδείᾳ.

## CAPUT LXXIX.

Arnobius [9] sub Diocltiano principe Siccæ [10] apud Africam florentissime rhetoricam docuit, scripsit

C Ἀρνόβιος ἐπὶ Διοκλετιανοῦ ἐν Σίκκῃ τῇ πόλει τῆς Ἀφρικῆς ἀνθηρῶς τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε, καὶ

[1] Verbum *fuisse* supplemus e Vaticano, qui paulo post cum altero Cisterciensi voculas *et rhetoricæ* omittit.

[2] Idem Vatic. aliique *in pervigilio Paschæ*. Gravius in hanc rem nonulla ex Hieronymo adducit. In Præfat. Osee, « Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio hujus prophetæ die vigiliarum Dominicæ passionis extemporali et diserto sermone profudit. » In libro contra Vigilantium num. 10, « Et in vigiliis Paschæ tale quid fieri plerumque convincitur. » In Matth. xxv : « Traditio Judæorum est, Christum media nocte venturum ; unde reor et traditionem apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat exspectantes adventum Christi, et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festum cunctis agentibus diem. » Adamantii autem et Pierii exemplaria citat Hieron. in Matth. c. XXIV. MARTIAN. — *Quem in pervigilio Paschæ*. Aliqui mss. codices, *in vigilia Paschæ*, quod idem significat. Vide Præfationem Commentar. S. Hieron in Osee prophetam.

[3] Cod. Guelpherbyt. addit. *postmodum Nicomediæ pro episcopo ;* et Honorius c. 78, *postmodum Nicomediæ episcopus*, quod a veterum nemine traditur.

[4] Hodie non nisi *brevis fidei formula* exstat apud Athanasium de synodis Ariminensi et Seleuciensi, et apud Socratem l. II, c. 10. Ex epistolis quoque nonnisi ejus, quæ est ad Antiochenos, pauca verba penes auctorem Chronic Alexand. supersunt.

[5] Guelpherbyt. et Suidas sub *Maximiano* passum dicunt.

[6] Cod. S. Crucis, *quæ vocatur Thebes;* Guelpherbyt., *Thebais*. Et Thmuis quidem episcopus, Θμουΐτων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, Eusebio dicitur, non vero Thmuitana urbe natus. Tamen et in patria martyrium sustinuisse inde est verosimile, quod cum ejusque socios, quemadmodum auctor Eusebius est, cognati atque amici rogarent, ut uxorum filiorumque rationem haberent, nec se perditum irent : et martyrii locus non alius quam Thebais videatur, siquidem quam Phileos habuit *Disputationem Actorum*, habuit adversus Culcianum Thebaidis præsidem. Ex his conjectura ducimur, ut codicis S. Crucis præferamus lectionem, cui et Guelpherbytanus suffragatur. Thebe autem, ut notum est, urbs erat Ægypti, et Thebaidis regio- D nis metropolis : Thmui prope Mendesium ostinm Nili, nunc Damiata.

[7] Insigne fragmentum ex hoc libro refert Eusebius VIII, 10, cui *Epistola ad Thmuitas* dicitur.

[8] A Veronensi cod. abest *pro Christo*. Persecutionis auctorem *Maximianum* intellige.

*Arnobius*. In ms. Sangermanensi codice Arnobius ponitur post Firmianum ; non tamen in indice liminari. MARTIAN.

[10] A Guelpherbyt. abest. *Siccæ*, quæ Africæ proconsularis est civitas ; deinde cl. Fabricius *florentissimæ*, id est *Siccæ*, renuentibus aliis libris, et Græco ἀνθηρῶς. De Arnobio Hieron. in Chron. ad an. 325 : « Arnobius in Africa rhetor clarus habetur, qui cum in civitate Siccæ ad declamandum juvenes erudiret, et adhuc ethnicus ad credulitatem somniis compelleretur, neque ab episcopis impetraret fidem, quam semper impugnaverat, elucu-

συνεγράψατο κατὰ τῶν ἐθνῶν τεύχη, ἅπερ τυγχάνει παρὰ πυλλοῖς.

quæ adversum gentes, quæ vulgo exstant, volumina.

## CAPUT LXXX.

**919** Φιρμιανὸς, ὁ καὶ Λακτάντιος, Ἀρνοβίου μαθητὴς, ἐπὶ Διοκλετιανοῦ βασιλέως μετασταλεὶς μετὰ Φλαβίου γραμματικοῦ, οὗτινος περὶ Ἰατρικῶν εἰσι δι' ἐπῶν συγγραφαὶ, ἐν Νικομηδείᾳ τὴν ῥητορικὴν ἐδίδαξε, καὶ τῇ πενίᾳ τῶν μαθητῶν, μάλιστα διὰ Ἑλληνικὴν πόλιν, εἰς συγγράμματα ἑαυτὸν μεθῆκεν. Ἔχομεν τούτου Συμπόσιον, ὅπερ νέος ἐν τῇ Αφρικῇ συνέταξε, καὶ Ὁδοιπορικὸν ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς ἕως Νικομηδείας, δι' ἑξαμέτρων συντεθὲν, καὶ ἄλλην βίβλον, ἥτις ἐπιγράφεται Γραμματικὸς, καὶ ὡραῖον περὶ Ὀργῆς Θεοῦ, καὶ Θείων Εἰσαγωγῶν κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγους ἑπτὰ, καὶ Ἐπιτομὴν τοῦ αὐτοῦ σπουδάσματος ἀκέφαλον, καὶ πρὸς Ἀσκληπιάδην λόγους δύο, περὶ Διωγμοῦ λόγον ἕνα, πρὸς Πρόβον Ἐπιστολῶν λόγους τέσσαρας, πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ Δημιουργίας Θεοῦ λόγον ἕνα. Οὗτος ἐν τῷ ἐσχάτῳ γήρᾳ διδάσκαλος κατέστη Καίσαρος Κρίσπου, τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου ἐν Γαλλίαις, ὃς ὕστερον παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνῃρέθη.

**920** Firmianus [1], qui et Lactantius, Arnobii discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio grammatico [2], cujus de Medicinalibus versu compositi [3] exstant libri, Nicomediæ rhetoriam docuit, et penuria discipulorum, ob Græcam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit. Habemus ejus Symposium, quod adolescentulus scripsit; Ὁδοιπορικὸν [4] de Africa usque Nicomediam, hexametris scriptum versibus, et alium librum, qui inscribitur *Grammaticus*, et pulcherrimum de Ira Dei, et Institutionum divinarum adversum gentes libros septem, et Ἐπιτομὴν ejusdem operis in libro suo acephalo [5], et ad Asclepiadem libros duos, de Persecutione [6] librum unum, ad Probum Epistolarum libros quator [7], ad Severum [8] Epistolarum libros duos, ad Demetrianum, auditorem suum, Epistolarum libros duos, ad eumdem de Opificio Dei vel Formatione hominis librum unum. Hic extrema senectute magister Cæsaris Crispi, filii Constantini, in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

## CAPUT LXXXI.

Εὐσέβιος Καισαρείας Παλαιστίνης ἐπίσκοπος, ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς σπουδαῖος, καὶ τῆς θείας Βιβλιοθήκης ἅμα Παμφίλῳ τῷ μάρτυρι ἐπιμελέστα-

Eusebius, Cæsareæ Palæstinæ esiscopus in Scripturis divinis studiosissimus, et Bibliothecæ divinæ, cum Pamphilo martyre, diligentissimus pervesti-

bravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros, et tandem velut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetravit. » Et in epist. 58 *ad Paulin.*: « Arnobius inæqualis et nimius, et absque operis sui partitione confusus.

[1] Perperam cod. S. Crucis, *Firminus*, sed et *Formianus* alibi scribitur.

[2] Veronens., *Fabio*, cujus varietatis non parum interest, si hinc erui possit quis iste Fabius aut Flavius fuerit, de quo tantopere disputatur. Alii cum Flavio Capro confundunt, alii cum Rhemnio Fannio. Ex codice nostro suspicari nunc licet, *Fabium Flavium Clementem* medicum, quem memorat Plinius Valerianus, lib. *rei Medicæ* III, cap. 14, hunc ipsum esse, quem Hieronymus nominat. Ejus ætas, tametsi paulo obscurior, dissentire tamen non videtur, siquidem illum lib. II *Contra Jovin.* num. 6, sanctus doctor postponit Marcello Sidetæ quem. M. Antonini temporibus scripsisse constat: « Marcellum, inquit, Sidetem, et nostrum Flavium versibus disserentes. »

[3] Idem Veronens., *cujus de medicina libri versu compositi*, etc.

[4] Lege cum nostris mss. *Africæ* Ὁδοιπορικόν, *de Africa*, etc., quemadmodum ex vetustis aliis exemplaribus et Græce interprete Victorius antea reposuit. Addit Guelpherbytan. *Scripsit in scholis Africæ*, ut et Miræus legit, Alterutra lectio genuina est: sed cum bis *Africæ* nomen repeteretur, alterum facili lapsu librarius omisit, quod reponendum contendit Nourius quoque ex antiquis. cod. Merovingiacis, ut ipse vocat, litteris exarato, quem Sangermanensis Bibliotheca servat. Porro liber iste, quemadmodum et *Symposium* et *Grammaticus*, jamdiu intercidere.

[5] Epitonem hanc jam Hieronymi ætate acephalam, modo integram ex Bibliothecæ Regiæ Taurinensis antiquiss. ms. habemus. Clariss. noster marchio Scipio Maffeius priora ejus capita cum nondum in lucem prodiisset, descripsit. Ad Asclepiadem libri periere.

[6] Hunc *de Persecutione* librum eumdem esse cum illo quem *de moribus Persecutorum* inscriptum primus edidit Baluzius, non dubito.

[7] Vatic. et S. Crucis mss. *libros duos*, vitiose. Tertium ipse Hier. Præfat. lib. II in Epist. ad Galat, laudat: « Lactantii nostri, quæ in tertio ad Probum volumine de hac gente opinatus sit, verba ponemus. » etc.

[8] De hoc infra cap. 111: sed tam hi ad Severum. quam superiores ad Probum, et qui sequuntur ad Demetrianum libri amplius non exstant, et in eo, quo Græcus interpres usus est exemplari, præterquam ad Probum, non videntur adnotati. Cod. Guelpherbytan, legit ad *Demetrium*: sed *Demetrianum* vocat ipse Hieron. alibi, et in Epist. ad Galat. cap. IV: « Multi per imperitiam Scripturarum, quod et Firmianus in octavo ad Demetrianum libro facit, asserunt Spiritum sanctum, sæpe Patrem, sæpe Filium nominari. » Quo quidem in loco, si cui mirum sit, octavum ad Demetrianum librum laudari, cum hic non nisi duo recenseantur, putet ille collectionem omnium Firmiani Epistolarum octo libris distributam, quorum postremi duo Demetriano inscriberentur. Cujus porro ingenii essent ejus epistolæ, notat Damasus ep. inter Hieronymianas 35, n. 2: « Fateor quippe tibi, eos quos mihi jam pridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego, quia et plurimæ epistolæ ejus usque ad mille spatia versuum tenduntur, et raro de nostro dogmate disputant, quo fit ut et legenti fastidium generet longitudo, et si qua brevia sunt, scholasticis magis sint apta quam nobis, de metris et regionum situ et philosophis disputantia. »

gator, edidit infinita volumina. De quibus hæc sunt: Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως 921 libris viginti [1], Εὐαγγελικῆς Προδείξεως παρασκευῆς libri quindecim, Θεοφανείας libri quinque [2], Ecclesiasticæ Historiæ libri decem, Chronicorum Canonum omnimoda Historia, et eorum Ἐπιτομή, et de Evangeliorum Diaphonia [3], in Isaiam libri decem [4], et contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta, de quibus ad me viginti tantum pervenerunt [5]; Τοπικῶν liber unus. Ἀπολογίας pro Origene libri sex, de Vita Pamphili [6] libri tres, de Martyribus alia opuscula, et in centum quinquaginta Psalmos [7] eruditissimi Commentarii, et multa alia. Floruit maxime sub Constantino imperatore et Constantio, et ob amicitiam Pamphili martyris ab eo cognomentum sortitus est.

A τος ἀνιχνευτής, ἐξέδωκε πολλὰ τεύχη, ὧν εἰσι τάδε· Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως λόγοι εἴκοσι, Εὐαγγελικῆς Προδείξεως παρασκευῆς λόγοι δέκα καὶ πέντε, 922 Θεοφανείας λόγοι πέντε, Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγοι δέκα, Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων Ἐπιτομή. Περὶ τῆς Εὐαγγελίων διαφωνίας, εἰς Ἡσαΐαν λόγοι δέκα, κατὰ Πορφυρίου, τοῦ τότε συγγράφοντος ἐν Σικελίᾳ, ὥς τινες οἴονται, λόγοι τριάκοντα, ἀφ' ὧν εἰς ἐμὲ λόγοι εἴκοσι μόνον περιῆλθον, Τοπικῶν λόγος εἷς, Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους λόγοι ἕξ, περὶ τοῦ βίου Παμφίλου λόγοι τρεῖς, περὶ Μαρτύρων ἕτερα συγγράμματα, καὶ εἰς τοὺς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα Ψαλμοὺς δεδοκιμασμένα Ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλά. Ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ
B Κωνσταντίου, καὶ διὰ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Πάμφιλον τὸν μάρτυρα τῇ ἐπωνυμίᾳ αὐτοῦ ἐκλήθη.

## CAPUT LXXXII.

Rheticius, Æduorum, id est Augustodunensis episcopus, sub Constantino [8] celeberrimæ famæ habitus est in Galliis. Leguntur ejus Commentarii in Cantica canticorum, et aliud grande volumen adversus Novatianum, nec præter hæc [9] quidquam ejus operum reperi.

Ῥαιτίκιος, Ἰδουάρων, τουτέστιν Αὐγουστοδίας ἐπίσκοπος, ἐπὶ Κωνσταντίνου ὑπολήψεως χρηστῆς ἐγένετο ἐν τῇ Γαλλίᾳ. Ἀναγινώσκονται τούτου Ὑπομνήματα εἰς Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων, καὶ μέγα τεῦχος κατὰ Νωβατιανοῦ, οὐδὲν δὲ ἕτερον πλὴν τούτων ἐκ τῶν αὐτοῦ εὗρον συγγραμμάτων.

## CAPUT LXXXIII.

Methodius, Olympi Lyciæ, et postea Tyri episcopus [10], nitidi compositique sermonis, adversum Porphyrium confecit libros, et Symposium decem virginum, de Resurrectione opus egregium contra Origenem [11], et adversus eumdem de Pythonissa, et de 923 Autexusio [12]; in Genesim quoque et in Can-

Μεθόδιος, Ὀλύμπου Λυκίας, καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου ἐπίσκοπος, λαμπροῦ καὶ συγκειμένου λόγου, κατὰ Πορφυρίου συνέταξε τεύχη, καὶ Συμπόσιον δέκα παρθένων, περὶ Ἀναστάσεως λόγον ἄριστον κατὰ Ὠριγένους, κατὰ τοῦ αὐτοῦ περὶ Πυθωνίσσης, καὶ περὶ Αὐτεξουσίου, εἰς τὴν Γένεσίν τε καὶ εἰς τὰ

[1] Posteriores decem nobis temporum malignitas invidit; et decem priorum, qui supersunt, primus ab initio, decimus ab extrema parte truncati sunt.

[2] Jamdiu periit unicus qui etiam Ebed-Jesu memoratur, *de Divina apparitione* liber. Chronici autem, quibusdam fragmentis exceptis, sola superest Latina versio Hieronymi, quam suo loco exhibebimus. Ἐπιτομή denique illa Chronic. canonum nihil aliud est quam *series Regum*, et quæ sub titulo *exordii libri* continentur, ut in præfat. ad eum librum invictis argumentis ostendimus, ac porro uberius adversum invidum obtrectatorem ostensuri sumus.

[3] Titulus libri hic fuerit, quem præfert cod. S. Crucis, *de Evangeliorum* Ἀδιαφωνία, non *diaphonia*: tametsi non ignoramus ipsum Hieronymum in Matth c. I hunc ipsum librum sub διαφωνίᾳ Εὐαγγελίων nomine memorasse; ut et Græca quædam catena ms. in Marcum, teste Rich. Simonio, περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς
D ἀναστάσεως διαφωνίας. Hujus quoque libri non nisi fragmenta restant exigua.

[4] In Præfat. in Isaiam *quindecim* numerat, memoriæ lapsu, nisi si librariorum ea culpa sit. Horum magnam partem Montfauconius collegit.

[5] Hæc verba, seu verius glossema istud, *de quibus ad me viginti tantum pervenerunt*, in nullo unquam ms. invenimus; imo et pro *triginta* miro consensu *viginti quinque* præferunt nostri omnes, ad quorum fidem ita refigendus locus iste videatur: *Ut quidam putant libri viginti quinque*, τοπικῶν *liber unus*, etc. Sui fidejussor Hieron. epistola 70, ad Magnum, de libris contra Porphyrium ab ecclesiasticis auctoribus scriptis loquens, « Eusebius, inquit,

C et Apollinaris viginti quinque, et triginta volumina condiderunt. » Jam vero non exstant.

[6] De hoc supra ad cap. 75 diximus. Subsequentis operis *de Vita Pamphili*, si modo ejus est, ἀποσπασμάτιον edidit Papebrochius: et libri de *Martyribus* laciniæ multæ videntur superesse: e Commentariis denique in Psalmos soli XXXII desiderantur. Cæteros nuper collegit atque edidit cl. Montfauconius.

[7] *Et in centum quinquaginta psalmos*. Sic legunt constanter omnes mss. codices. *Et in centum quinquaginta psalmos*, etc., qui tamen Commentarii Eusebiani ad hunc numerum CL psalmorum non perveniunt in editione Græco-Latina sodalis nostri Bernardi *de Montfaucon*, ad quem lectorem curiosum remittimus. MARTIAN.

[8] Vatic. sub *Constantio*, vitiose. Vid. epist. 37 ad Marcell., in qua hujus Rhetici Commentarios in Cantica multis reprehendit.

[9] Martianæus *præter hoc*. Sed utrumque opus disperiit.

[10] Suidas, adnotante Fabricio, hoc item caput ex Græco Hieronymi interprete describens, adjungit ἤτοι Πατάρων. Et Patarensem quidem episcopum eum vocant Græci: Leontius, *de Sectis*, S. Damascenus, Photius. Denique et in suorum operum titulis *Patarensis episcopus* appellatur in mss.

[11] Perperam distinguit Martianæus, quasi duo essent opera, de *Resurrectione* aliud et aliud *contra Origenem*; sed ex fragmentis, quæ supersunt apud S. Epiphanium, Damascenum, aliosque, patet unum tantum opus esse *de Resurrectione*, quod Origeni Methodius opposuit.

[12] Græce inscribitur, περὶ Αὐτεξουσίου, καὶ πόθεν κακά, sive *de libero arbitrio, et unde mala* Pro *Autexu-*

Ἄσματα **924** τῶν ᾀσμάτων Ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ χύσην ἀναγινωσκόμενα. Ὡς περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ, ἢ καθώς τινες διαβεβαιοῦνται, ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαληριανοῦ, ἐν Χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς μαρτυρήσας ἐστεφανώθη.

A tica canticorum Commentarios; et multa alia, quæ vulgo lectitantur. Et ad extremum novissimæ persecutionis, sive, ut alii affirmant, sub Decio et Valeriano [1] in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

## CAPUT LXXXIV.

Ἰούβεγκος, περιφανοῦς γένους, Ἱσπανὸς πρεσβύτερος, τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων δι' ἑξαμέτρων σχεδὸν κατὰ πόδας, τέσσαρας συνέταξε βίβλους, καὶ τινα τῷ αὐτῷ μέτρῳ εἰς Μυστικὴν προσήκοντα τάξιν. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως.

Juvencus [2], nobilissimi generis, Hispanus presbyter, quatuor Evangelia [3] hexametris versibus pene ad verbum transferens, quatuor libros composuit, et nonnulla eodem metro ad Sacramentorum [4] ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe.

## CAPUT LXXXV.

B Εὐστάθιος, τῷ γένει Παμφύλιος, Σιδίτης, πρῶτον μὲν τὴν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας, ἔπειτα τὴν Ἀντιόχειαν ἐκυβέρνησεν Ἐκκλησίαν, κατὰ τοῦ δόγματος τῶν Ἀρειανῶν πολλὰ συντάξας, ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως ἐξωστρακίσθη εἰς Τραϊανόπολιν τῆς Θρᾴκης, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα περὶ Ψυχῆς, περὶ Ἐγγαστριμύθου κατὰ Ὠριγένους, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἐπιστολαὶ, ἃς ἀπαριθμεῖσθαι περισσόν.

Eustathius, genere Pamphylius, Sidetes [5], primum Berœæ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit Ecclesiam, et adversum Arianorum dogma componens multa sub Constantino [6] principe pulsus est in exsilium Trajanopolim Thraciarum, ubi usque hodie conditus est. Exstant ejus volumina de Anima, de Engastrimytho adversum Origenem [7], et infinitæ epistolæ, quas enumerare longum est.

## CAPUT LXXXVI.

Μάρκελλος, Ἀγκυρανὸς ἐπίσκοπος, ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Κωνσταντίου ἤνθησε, πολλὰ διαφόρων Ὑποθέσεων γράψας τεύχη, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν Ἀρειανῶν. Φέρονται κατ' αὐτοῦ Ἀστερίου **925** καὶ Ἀπολλιναρίου λόγοι, Σαβελλιανῆς τοῦτον αἱρέσεως εὐθύνοντες, καὶ Ἱλάριος δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ κατὰ τῶν Ἀρειανῶν λόγῳ οἷα δὴ αἱρετικοῦ μέμνη-

Marcellus, Ancyranus episcopus, sub Constantino et Constantio [8] principibus floruit, multaque diversarum Ὑποθέσεων scripsit volumina, et **926** maxime adversum Arianos. Feruntur contra hunc Asterii et Apollinarii libri, Sabellianæ eum hæresis arguentes; sed et Hilarius, in septimo adversum Arianos libro [9], nominis ejus quasi hæretici, me-

*sio* perperam Honorius et Trithemius *de Animæ exitu*. C Semel autem adnotare libet, solum Symposium integrum superesse, ex aliis autem Methodii operibus tantum excerpta.

[1] Isthæc *sub Deccio et Valeriano* verba in omnium præstantissimo cod. Veronensi non sunt, ex quo venit in mentem suspicari, etiam illa, *sive ut alii affirmant*, e glossatoris manu profecta, sensim in textum irrepsisse. Re autem ipsa non habet Suidas, ἢ καθώς τινες διαβεβαιοῦνται, *sive ut alii affirmant*, tametsi jungit ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, *sub Decio et Valeriano*, quemadmodum etiam auctor Menologii a Sirleto editi. Sed hæc duo nomina addiderit nonnemo ad libri oram, ut qui novissimam persecutionem moverunt imperatores, suo sensu indicaret, alius eadem illaturus in textum, ut fucum faceret credibiliorem, præposuit, *sive ut alii affirmant*. Utcunque se res habuerit, certum est sub hisce imperatoribus, hoc est anno 254, Methodium martyrio non fuisse coronatum: siquidem post annos D quartuordecim, id est 268, Porphyrio in Christianos obtrectanti respondit.

[2] Id ex ipso gentilitio nomine perspicuum est. *C. Vettius Aquilinus Juvencus* appellatur in antiquis libris, Jureto teste.

[3] Verius, notante Fabricio, dixisset: historiam evangelicam quatuor libris digessit, Matthæi seriem præ cæteris secutus; non singulis evangelistis singulos libros impendit. Sic alibi Hieron. epist. 70, *ad Magnum*: « Juvencus, inquit. presbyter sub Constantino historiam Domini Salvatoris versibus explicavit, nec pertimuit Evangelii majestatem sub metri leges mittere. » Ejus meminit et in Chronico et in cap. II Matthæi.

[4] Hæc ad Sacramentorum ordinem pertinentia desiderantur.

[5] Martian. cum aliis editis libris, *Sidites*, ut et Græcus Σιδίτης; tum cod. S. Crucis *Beream urbem Syriæ*. Ex illa Ecclesia ad Antiochenam regendam ab ipsa, cui interfuit, Nicæna synodo translatus est.

[6] Vitiose Martianæus retinet, *sub Constantio*. Circa annum 328 in exsilium a Constantino pulsus est Eustathius ob Antiochi concilii tumultus. Hieron, epist. 72, *ad Evangelum*: « Eustathius, inquit, qui primus Antiochenæ Ecclesiæ episcopus contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit. »

[6] Unum hoc ex Eustathii operibus restat, reliquorum omnium nonnisi quædam excerpta. Vide quid de ejus scriptis Noster judicat epist. 70, *ad Magnum*.

[8] *Sub Constantino et Constantio*. Ita legunt mss. codices, excepto Sangermanensi, qui retinet, *sub Constantino et Constante principibus*. Marianus legere voluit, *sub Constantio et Constante*; Erasmus, *sub Constante et Constantino*. MARTIAN. — Duo codices nostri tantum habent *sub Constantio principe*. Sangermanens, penes Martianæum, *sub Constantio et Constante*. Erasmus contra, *sub Constante et Constantino*. Victorius, *sub Constantino et Constante*

[9] Puta illud initio lib. VII *Impie ad multos ad unius Dei professionem Galatia nutrivit*; quod enim ibi de nomine Marcellum hæreticum appellari Noster tradit, vel memoria suggerente falsus est, vel pro *multos* legerit in suo exemplari *Marcellum*. Equidem in ejusdem Hilarii contra Constantium libro Marcellus hæreticis Photino ac Sabellio jungitur: « Hinc Marcellus verbum Dei cum legit, nescit; hinc Photinus hominem Jesum cum loquitur, ignorat; hinc et Sabellius, dum *quod ego et Pater unum sumus* non intelligit, sine Deo Patre, et sine Deo Filio est. »

minit. Porro ille defendit se non esse dogmatis, cujus accusatur, sed communione Julii et Athanasii [1], Romanæ et Alexandrinæ urbis pontificum, se esse munitum.

ται. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἀπολογεῖται, μὴ εἶναι οὗ κατηγορεῖται δόγματος, τῇ κοινωνίᾳ πεποιθὼς Ἰουλίου και Ἀθανασίου Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπων.

## CAPUT LXXXVII.

Athanasius, Alexandrinæ urbis episcopus, multas Adrianorum perpessus insidias [2], ad Constantem Galliarum principem fugit, unde reversus cum litteris, et rursum post mortem ejus fugatus, usque ad Joviniani [3] imperium latuit, a quo recepta Ecclesia, sub Valente moritur. Feruntur ejus adversum Gentes duo libri et contra Valentem et Ursacium [4] unus, et de Virginitate, et de Persecutionibus Arianorum plurimi, et de Psalmorum titulis, et Historia Antonii monachi vitam continens, et ἑορταστικαὶ epistolæ, et multa alia, quæ enumerare longum est.

Ἀθανάσιος, Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πολλὰς παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ὑπομείνας ἐπιβουλὰς, πρὸς Κώνσταντα τὸν Γαλλιῶν βασιλέα προσέφυγεν, ὅθεν ἀναζεύξας μετὰ γραμμάτων, καὶ αὖθις μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν διωχθεὶς, ἕως τῆς βασιλείας Ἰοβιανοῦ διέλαθε, καὶ ἀναλαβὼν τὴν Ἐκκλησίαν, ἐπὶ Οὐάλεντος τελευτᾷ. Φέρονται αὐτοῦ κατὰ τῶν Ἐθνῶν λόγοι δύο, κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου εἷς, περὶ Παρθενίας, περὶ Διωγμῶν Ἀρειανῶν πλεῖστοι, περὶ ἐπιγραφῆς Ψαλμῶν, καὶ Ἱστορία Ἀντωνίου ἀναχωρητοῦ τὸν βίον περιέχουσα, καὶ ἑορταστικαὶ ἐπιστολαὶ, καὶ πλεῖστα ἄλλα τινὰ, ἅπερ ἀπαριθμεῖσθαι ὀκνῶ.

## CAPUT LXXXVIII.

Antonius monachus, cujus vitam Athanasius, Alexandrinæ urbis episcopus, insigni volumine prosecutus est, misit Ægyptiace ad diversa monasteria apostoloci sensus sermonisque epistolas septem, quæ in Græciam linguam translatæ sunt [5], quarum præcipua est ad Arsenoitas. Floruit Constantino et filiis ejus regnantibus [6]. Vixit annos centum quinque [7].

Ἀντώνιος μοναχὸς, οὗ τὸν βίον Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ἐπισήμῳ τεύχει διεξῆλθεν, ἔστειλε πρὸς διάφορα τῆς Αἰγύπτου μοναστήρια ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος καὶ λόγου ἐπιστολὰς ἑπτὰ εἰς Ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταφρασθείσας, ὧν ἐξαίρετός ἐστι πρὸς τοὺς Ἀρσενοΐτας. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ τῶν τούτου παίδων βασιλευόντων.

## CAPUT LXXXIX.

Basilius, Ancyranus episcopus, artis medicinæ [8], scripsit contra Marcellum, **927** et [9] de Virginitate librum, et nonnulla alia, et sub rege Constantio [10] Macedonianæ partis, cum Eustathio Sebasteno, princeps fuit.

Βασίλειος, Ἀγκυρανὸς ἐπίσκοπος (ἰατρὸς τὴν τέχνην), ἔγραψε κατὰ Μαρκέλλον, **928** καὶ περὶ Παρθενίας λόγον, καὶ οὐκ ὀλίγα ἄλλα, καὶ βασιλεύοντος Κωνσταντίου, Μακεδονιακῆς θρησκείας ἅμα Εὐσταθίῳ Σεβαστηνῷ ἦρξεν.

## CAPUT XC.

Theodorus, Heracliæ Thraciarum episcopus, elegantis apertique sermonis, et magis historicæ intelligentiæ, edidit sub Constantio [11] principe Com-

Θεόδωρος, Ἡρακλείας τῆς Θρᾳκῶν ἐπίσκοπος, εὐφυοῦς καὶ ἀρίστου λόγου καὶ ἱστορικῆς διανοίας, ἐξέδωκεν ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως Ὑπομνήματα

Exstat hæc *de fide* epistola, qua se apud Julium Rom. Pontif. purgavit. Cætera ejus scripta, fragmentis quibusdam exceptis, interciderunt: quemadmodum etiam illa Asterii et Apollinaris contra Marcellum.

[2] Veronens., *multa Ariduorum perpessus insidiis*. Consule Theodoritum lib. II *Eccles. Hist* c. 4.

[3] Martianæus, aliique editi libri, *Joviniani*; Vatic., *Juliani*. Anni indicantur a 350 ad 363. Moritur an. 373.

[4] Iste *contra Valentem et Ursacium* liber non exstat: qui superant *de Virginitate* dubiæ sunt fidei. Rursum qui *Psalmorum titulis* inscribebatur, et ἑορταστικαί, sivé *Paschales Epistolæ*, desiderantur. Vid. Ebed-Jesu cap. 12.

[5] Harum sola Latina versio lucem vidit.

[6] *Filiis ejus regnantibus*. Hic addunt editi libri: *Vixit annos centum quinque*. Quæ cum desint in mss. codicibus, ea tanquam supposititia verba justum erat abjecisse ab omnibus editionibus. MARTIAN.

[7] A nostris mss., ut ab illis quos Martianæus consuluit, abest hæc clausala: *Vixit annos centum quinque*.

[8] Verba *artis medicinæ*, vel, ut alii codd. habent, *medicæ*, in veteri editione Joannis, a Fuchte, et olim apud Græcum interpretem, non habebantur, apud quem supplentur ex Suida. Legunt vero mss. omnes, Honorius, Freculphus, aliique. Suffridus Petri, quem Miræus sequitur, in Gemblacensi et Sigebergensi codicibus reperit *arcis Mecheæ*: perperam ut cl. Fabricius notat, cum Ancyræ episcopum Basilium fuisse constet. Cæterum et impressa lectio minus expedita videatur: atque ego quidem *gnarus*, aut quid simile, supplendum puto.

[9] Martianæus absque *et* particula unum cum superiore librum hunc facit, contradicentibus nostris mss. et quibusdam editis. Utrumque autem Basilii opus intercidit. Vid. Socratem lib. II, cap. 30, sub finem, ubi disputationem memorat, quam cum Photino Basilius habuit, et notarii exceperunt.

[10] Vitiose quædam editiones, *sub rege Constantino*.

[11] Veronens. ms., *sub Constantino* perperam.

εἰς Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην, καὶ εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἰς τὸ Ψαλτήριον.

A mentarios in Matthæum, et in Joannem, et in Apostolum, et in Psalterium [1].

## CAPUT XCI.

Εὐσέβιος, Ἐμεσηνὸς, εὐφυῶς καὶ ῥητορικῶς ἀναριθμήτους καὶ εἰς κρότον τοῦ λαοῦ συντείνοντας ἐποιήσατο λόγους, καὶ μᾶλλον ἀκολουθῶν ἱστορίᾳ, ὅστις σπουδαιότερον ἀναγινώσκεται παρὰ τῶν κρότοις χαιρόντων, ἀφ' ὧν εἰσιν ἐξαίρετοι λόγοι δέκα κατὰ τῶν Ἰουδαίων, καὶ Ἐθνῶν, καὶ Νωβατιανῶν, καὶ πρὸς Γαλάτας εἷς, εἰς Εὐαγγέλια ὁμιλίαι βραχύταται μὲν, πολλαὶ δέ. Ἤνθησεν ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως, καὶ τελευτήσας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐτάφη.

Eusebius, Emesenus episcopus [2], elegantis et rhetorici ingenii, innumerabiles, et qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his qui declamare volunt, studiosissime legitur, e quibus vel præcipui sunt adversum Judæos [3], et Gentes, et Novatianos, et ad Galatas libri decem [4], et in Evangelia homiliæ breves, sed plurimæ. Floruit temporibus Constantii imperatoris, sub quo et mortuus, Antiochiæ sepultus est.

## CAPUT XCII.

Τριφύλλιος, Κύπρου Λήδρου ἤτοι Λευτεῶνος ἐπίσκοπος, εὐφραδὴς καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου ἐπίσημος. Ἀνέγνων τούτου εἰς Ἄσματα ᾀσμάτων Ὑπομνήματα, ὅστις πολλὰ λέγεται συγγεγραφέναι, ἅτινα εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας οὐ περιῆλθεν.

B Triphyllius, Cypri Ledrensis sive Leucotheon episcopus [5], eloquentissimum suæ ætatis, et sub rege Constantio celeberrimus fuit. Legi ejus in Cantica canticorum Commentarios [6]. Et multa alia composuisse fertur quæ in nostras manus minime pervenerunt.

## CAPUT XCIII.

**929** Δωνᾶτος, ἀφ' οὗ οἱ Δωνατισταὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, φάσκων παρὰ ἡμετέρων τὰς θείας Γραφὰς ἐν τῷ διωγμῷ τοῖς Ἐθνικοῖς παραδεδόσθαι, πᾶσαν τὴν Ἀφρικὴν, καὶ μάλιστα τὴν Νουμιδίαν τῇ πειθοῖ ἠπάτησεν. Εἰσὶ τούτου πολλὰ, τῇ αὐτοῦ αἱρέσει ἀνήκοντα, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγος, τῷ Ἀρειανῶν δόγματι ἁρμόζων.

**930** Donatus, a quo Donatiani per Africam sub Constantio Constantinoque [7] principibus pullulaverunt, assereus a nostris Scripturas in persecutione ethnicis traditas, totam pene Africam et maxime Numidiam sua persuasione decepit. Exstant ejus multa ad suam hæresim pertinentia opuscula, et de Spiritu sancto liber, Ariano dogmati congruens [8].

## CAPUT XCIV.

Ἀστέριος, Ἀρειανικῆς φιλόσοφος αἱρέσεως, ἔγραψε, βασιλεύοντος Κωνσταντίου, εἰς τὴν Ἐπι-

C Asterius [9], Arianæ philosophus factionis, scripsit, regnanto Constantio, in Epistolam ad Romanos, et

[1] Solus in Psalmos Commentarius integer habetur : reliquorum operum excerpta in catenis variis. E Commentariis in Apostolum insigne ἀποσπασμάτιον ipse Hieron. recitat epist. nunc 119 *ad Minervium et Alexandrum*. An. 347 depositus, circa 355 finem vivendi fecisse creditur.

[2] Nomen *episcopus* nostri codices non habent, nec duo quos Victorius inspexit, nec tandem Græcus interpres novit. In Chronico ad annum 10 Constantii, « Eusebius Emisenus, Arianæ signifer factionis, multa et varia scribit. » Vid. Tillemontium t. VI, part. II, pag. 124 ; Socratem, II, 9 ; Sozomenum, III, 6 ; et Nicephorum, IX, 5.

[3] Hoc contra Judæos opus ms. exstare in Vindobonensi bibliotheca asserit Lambecius : cætera quæ hic Hier. memorat, desiderantur.

[4] Quos decem lib. Hieron., Græcus ejus interpres *unum*, εἷς dicit. Cod. Guelpherbytanus, *et in epistolam ad Galatas* Ὑποθέσεων *libri decem*.

[5] *Leucotheon episcopus*. Fucum hoc in loco, ut in aliis bene multis fecit Erasmo et Mariano falsus Sophronius interpres Græcus, qui verbum Λευτεῶνος posuit pro *Leucotheon*, genuino nomine retento in cunctis exemplaribus mss. Est autem Ledrensis urbs, quæ et Leutheon, urbs archiepiscopalis et metropolis Cypri insulæ, in ora boreali, quæ *Leucotheon* et *Leucosia* Græcis dicitur, *Nicosia* vero Sophronio et aliis. Ad originem itaque Latinam Hieronymi revertentes, falsum sæpissime ac depravatum in Græco Sophronio contextum emendamus ex codicibus mss. quorum fidei atque auctoritati adhærentes, imperitorum hujus temporis judicium contemnimus, et eorum calumnias aure surda transimus. MARTIAN. — Duo mss. cum Freculpho *Cypriledensis* uno verbo. Pro *Leuchoteon* Erasmus et Victorius *Leuteonis* ex Græco interprete, quem sequitur etiam Honorius, et Meursius l. I de Cypro. Erat autem *Leucotheon*, ut Martianæus adnotavit, metropolis Cypri insulæ in ora boreali, quæ et *Leucosia* Græcis dicitur, aliis *Nicosia*.

[6] Nulla nunc exstant Triphyllii scripta. De illo vid. Sozomen. lib, I, c. 11.

[7] Ita legunt codices nostri omnes, et quos passim alii inspexere. Martianæus post Victorium, *sub Constante Constantinoque*, perperam, ut etiam aliæ editiones, quæ *sub Constante et Constantio* legunt. Schismatis Donatistarum originem a Constantini D ævo repetendam, quis nescit ?

[8] Donati scripta omnia jamdiu interciderunt. Recolendus porro est insignis Augustini locus hæresi 69, quem et Fabricius describit : « Exstant scripta ejus (Donati) ubi apparet, eum etiam non Catholicam de Trinitate habuisse sententiam, sed quamvis ejusdem substantiæ, minorem tamen Patre Filium, et minorem Filio putasse Spiritum sanctum. Verum in hunc quem de Trinitate habuit. errorem, Donatistarum multitudo intenta non fuit, nec facile in eis quisquam qui hoc illum sensisse noverit, invenitur. »

[9] Vix dubitandum videtur mihi ex Hieronymi sententia, hunc eumdem Asterium esse, quem alibi vocat Scythopolitam. Nempe hoc ipso ordine in epist. 70, sæpius laudata, ad Magnum, *Eusebii Emesseni, et Triphyllii Cyprii, et Asterii Scythopo-*

in Evangelia et Psalmos Commentarios [1], et multa alia [2], quæ a suæ partis hominibus studiosissime leguntur.

A στολὴν τὴν πρὸς Ῥωμαίους, καὶ εἰς Εὐαγγέλια καὶ Ψαλμοὺς Ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅτινα παρὰ τῶν τῆς αὐτῆς αἱρέσεως σπουδαιότερον ἀναγινώσκεται.

## CAPUT XCV.

Lucifer, Caralitanus episcopus, cum Pancratio et Hilario [3], Romanæ Ecclesiæ clericis, ad Constantium imperatorem a Liberio episcopo pro fide legatus missus, cum nollet sub nomine Athanasii Nicænam damnare fidem, in Palæstinam relegatus, miræ constantiæ et præparati animi ad martyrium, contra Constantium imperatorem scripsit librum, eique legendum misit, ac non multo post [4], sub Juliano principe, reversus Caralis, Valentiniano regnante, obiit [5].

Λουκίφερ, Καρακάλεως ἐπίσκοπος, ἅμα Παγκρατίῳ καὶ Ἱλαρίῳ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης κληρικοῖς, πρὸς Κωνστάντιον βασιλέα παρὰ Λιβερίου ἐπισκόπου, ὑπὲρ τῆς πίστεως εἰς πρεσβείαν σταλεὶς, μὴ βουλόμενος ἐπ' ὀνόματι Ἀθανασίου τὴν Νικηνὴν σύνοδον καταλῦσαι, εἰς Παλαιστίνην ἐξορισθεὶς, θαυμαστῆς ἐγκρατείας καὶ εὐτρεπισμένου λογισμοῦ εἰς μαρτύριον, συνέταξε λόγον κατὰ Κωνσταντίου, τοῦτόν τε αὐτῷ ἀπέστειλεν ἀναγνωσθησόμενον, καὶ μετ' οὐ πολὺ βασιλεύοντος Ἰουλιανοῦ, εἰς τὴν Καρακαλίνων ἀναζεύξας, ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως
B ἐτελεύτησεν.

## CAPUT XCVI.

**931** Eusebius, natione Sardus, et ex lectore urbis Romanæ, Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim et inde Cappadociam relegatus, sub Juliano imperatore ad Ecclesiam reversus [6], edidit in Psalmos Commentarios Eusebii Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat [7]. Mortuus est Valentiniano et Valente regnantibus [8].

**932** Εὐσέβιος, γένει Σάρδος, ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης, Βαρκελίνσης ἐπίσκοπος, διὰ τὴν τῆς πίστεως ἐξομολόγησιν παρὰ Κωνσταντίου βασιλέως εἰς Σκυθόπολιν, κἀκεῖθεν εἰς Καππαδοκίαν ἐξορισθεὶς, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἀναζεύξας ἐξέδωκεν εἰς τοὺς Ψαλμούς Ὑπομνήματα Εὐσεβίου τοῦ Καισαρέως, ἅτινα ἀπὸς Ἑλληνικοῦ εἰς Ῥωμαϊκὸν μετενηνόχει. Καὶ ἐτελεύτησεν ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος.

## CAPUT XCVII.

Fortunatianus, natione Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantio [9], in Evangelia, titulis ordinatis [10], brevi et rustico sermone [11] scripsit Commentarios : et in hoc habetur detestabilis, quod Liberium, Romanæ urbis episcopum, pro fide

C Φουρτουνατιανὸς, γένει Ἄφρος, Ἀκυληΐας ἐπίσκοπος, βασιλεύοντος Κωνσταντίου, εἰς τὰ Εὐαγγέλια κανόνας διατυπώσας, βραχύτατα Ὑπομνήματα λόγῳ ἀγροίκῳ συνέταξε · διὰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀποτρόπαιος, ὅτιπερ Λιβέριον Ῥώμης ἐπίσκοπον, ὑπὲρ

*litæ* nomina ac libros recenset. Et in epist. 112, *ad Augustinum*. « Maxime, inquit, in explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris, » etc. Ex quo etiam par est credere, neminem alium, qui in Psalmo scripsisset, cognominem, Asterium illi innotuisse. Fabricius tamen, tum hic, cum in *Bibliothec. Græc.* lib. v, cap. 28, hunc alium a Scythopolitano fuisse tradit : *Cappadocem* nempe, illum sophistam quem Socrates lib. I. cap. 36, memorat, quique, Luciano martyre suadente pœnitentiam, ad Christianos rediit, postquam idolis immolasset, et Arianorum deinde promachus fuit.

1 Nulla nunc exstant Asterii hujus scripta.

2 Recole cap. 86, ubi contra Marcellum libros memorat, quibus eum Asterius Sabellianæ hæresis arguebat.

3 Veronensis, *et Hilaro*. In Chronico ad annum 559 : « Lucifer ac Dionysius, Caralitanæ ac Mediolanensis Ecclesiæ episcopi. Pancratius quoque Romanus presbyter, et Hilarius diaconus, distantibus inter se ab Arianis et Constantio, damnantur exsiliis.

4 Verba, *eique legendum misit, ac non multo post*, S. Crucis exemplar non habet. Porro non unus, sed duo nunc habentur Luciferi libri contra Constantium, seu verius pro S. Athanasio ad Constantium. Alia etiam exstant ejus scripta, quibus colligendis atque exornandis, si Deus juverit, dabo aliquando operam.

5 Anno scilicet 371. Contra Luciferi hujus sectarios librum abs Hieronymo scriptum supra exhibuimus.

6 « Tunc, » inquit Hier. in *Dialog. contra Luciferianos*, « ad reditum Eusebii lugubres vestes Italia mutavit. »

D 7 Hæc versio, quam et in epist. 61, *ad Vigilant.*, laudat Hieronymus, ætatem non tulit. Contra exstant Eusebii epistolæ de exsilio scriptæ, quas hic non nominat.

8 In Chronico refert ad an. 7 Valentiniani : sed nihil dubium an. 370 obiisse.

9 Fabricius, *imperante Constantio*, pro quo ipse rescribi *Constantio* vellet. Sic vero habent codices nostri omnes, et Martianæus ipse.

10 Id est capitulis, sive sectionibus.

11 Præferenda videatur codicum nostrorum lectio, *breves rustico sermone*, idque fortasse sibi voluit Lipsius, qui interpretatur *breves sermone*. Rusticum sermonem intellige vernaculum, sive quem *militarem vulgaremque* sub initium libri II contra Rufinum vocat. Vid. Præfat. in Matthæum.

τῆς πίστεως εἰς ἐξορίαν ἀπιόντα, οὐ μόνον ὑπενόθευσε καὶ ὑπεσκέλισεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑπογραφὴν αἱρετικῶν κατηνάγκασεν.

A ad exsilium pergentem, primus sollicitavit ac fregit, et ad subscriptionem hæreseos [1] compulit.

## CAPUT XCVIII.

Ἀκάκιος, ὅντινα ἐπειδὴ ἑνὶ ὀφθαλμῷ πηρὸς ἦν, Μονόφθαλμον ἐκάλεσαν, τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Καισαρείας ἐπίσκοπος, συνέταξεν εἰς Ἐκκλησιαστὴν βιβλία δέκα καὶ ἑπτὰ, καὶ Συμμίκτων ζητημάτων ἕξ, καὶ πολλὰς διαφόρους ὁμιλίας. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως διέπρεψεν, ὥστε εἰς τόπον Λιβερίου Φήλικα ἐπίσκοπον Ῥώμης χειροτονῆσαι.

Acacius, quem, quia luscus erat, Μονόφθαλμον nuncupabant, Cæsariensis Ecclesiæ in Palæstina episcopus, elaboravit in Ecclesiasten decem et septem volumina, et Συμμίκτων ζητημάτων sex [2], et multos prætorea diversosque tractatus. In tantum autem sub Constantio imperatore claruit, ut in Liberii locum Romæ Felicem episcopum [3] constitueret.

## CAPUT XCIX

**933** Σαραπίων, Θμούεως ἐπίσκοπος, ὁ διὰ τὴν εὐφυΐαν ἐπονομασθεὶς Σχολαστικὸς, γνήσιος φίλος Ἀντωνίου μοναχοῦ, ἐξέδωκε κατὰ Μανιχαίου ἐξαίρετον βίβλον, καὶ περὶ ἐπιγραφῆς Ψαλμῶν ἑτέραν, καὶ πρὸς διαφόρους ἀναγκαίας ἐπιστολὰς, καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου ἐν τῇ ἐξομολογήσει διέπρεψεν.

B **934** Serapion, Thmueos episcopus [4], qui ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruit [5], charus Antonii monachi, edidit adversum Manichæum egregium librum, et de Psalmorum titulis alium, et ad diversos utiles epistolas, et sub Constantio principe etiam in confessione inclytus fuit.

## CAPUT C.

Ἱλάριος, Πικταβίων Ἀκοιτανίας ἐπίσκοπος, συσκευῇ Σατουρνίνου τῆς Ἀρελατῶν ἐπισκόπου, ἀπὸ τῆς συνόδου Βιτερισσίων εἰς Φρυγίαν ἐξορισθεὶς, δέκα καὶ δύο κατὰ Ἀρειανῶν συνέταξε λόγους, καὶ ἕτερον περὶ τῶν Συνόδων, ὅντινα πρὸς Γαλλιῶν ἐπισκόπους ἔγραψε, καὶ εἰς Ψαλμούς Ὑπομνήματα· πρῶτον λέγω δὲ καὶ δεύτερον, ἀπὸ πεντηκοστοῦ πρώτου ἕως ἑξηκοστοῦ δευτέρου, καὶ ἀπὸ ἑκατοστοῦ ὀκτωκαιδεκάτου ἕως τοῦ ἐσχάτου, ἐν ᾗ συντάξει Ὠριγένην ἐμιμήσατο, τινὰ ἐξ ἰδίων προσθεὶς. Ἔστιν αὐτοῦ καὶ πρὸς Κωνστάντιον λίβελλος, ὅντινα περιόντι ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπέδωκε, καὶ

Hilarius, urbis Pictavorum Aquitaniæ [6] episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi, de synodo Biterrensi in Phrygiam relegatus, duodecim adversus Arianos confecit libros, et alium librum de Synodis, quem ad Galliarum episcopos scripsit, et in Psalmos Commentarios, primum videlicet et secundum, et a quinquagesimo [7], primo usque ad sexagesimum secundum, et a centesimo decimo octavo usque ad extremum, in quo C opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est ejus et ad Constantium libellus, quem viventi [8] Constantinopoli porrexerat et alius in

[1] Gemblacens. ms., male, *et ad suæ scriptionem hæreseos*, etc. Hæresim vocat Sirmiensem formulam fidei, cui Liberius subscripsit, et quam notat Hilarius in Fragmentis, « Perfidiam apud Sirmium conscriptam, quam dicit Liberius Catholicam, a Demophilo sibi expositam. » Nihilosecius catholicum sensum revera pati potuisse, ex ipso Hilario manifestum est.

[2] Sic ostendimus in epist. 119, *ad Minervium et Alexandrum*, num. 6, pro συλλέκτων legendum ex Veronensi ms συμμίκτων. Ex hujus operis libro quarto satis amplum fragmentum Latine a se redditum ibi recitat sanctus doctor. Periere enim, præter pauca excerpta, cætera Acacii scripta. Ejus meminit et in epist. 37, *ad Marcellam*, initio.

[3] Quædam editiones addunt *Arianum*, quam vocem et mss. nostri omnes ignorant, et quos olim Lipsius, Suffridus Petri, Victorius, aliique consuluerunt. Sed nec habet Græcus interpres, et reipsa, tametsi cum Arianis communicaverit Felix, tamen ab orthodoxa professione nunquam descivit, et Constantium damnavit, et martyrio coronatus est.

[4] *Serapion Thmueos episc.* Nomen istud varie scribitur in mss. codicibus; in Sangerman. *Thimoeus*; in Cluniac. secunda manu, *Thimeus episcopus*; in Tolosano, *Thumeus episc.* Alii omittunt hoc nomen, legentes tantum, *Serapion episcopus*. Nullus itaque retinet, quod editum est apud Erasmum et Marianum, Θμούεως *Ægypti urbis episcopus*. Erat autem *Thmuis*, *Thumuis* Antonino, urbs olim Ægypti episcopalis sub patriarcha Alexandrino, ubi Pan colebatur. Themuitæ etiam hircum colebant, et lingua Ægyptiaca hircus *Thmuis* dicebatur: hinc sanctus Hieronymus, in cap. XLVI Isaiæ, « Nam et pleraque eorum (Ægyptiorum) oppida, ex bestiis et jumentis habent nomina, Κυνῶν a cane: Λέων a leone: Θμοῦις, lingua Ægyptia ab hirco: Λύκων a lupo, » etc. MARTIAN. — Ita ex uno Veronensi ms. et Fabricii editione legimus; Græce etiam Θμούεως. Ali tum editi, tum mss., et nobis et aliis inspecti, varie et corrupte efferunt, *Thimeus*, vel *Thumeus* cum Marianæo, quæ frequentior est lectio. Alii prorsus D omittunt: alii, ut apud Erasm. et Victor., addunt Θμούεως, *Ægypti urbis*. Erat enimvero et Θμούεως Αὐγουστονικῆς, *Thmueos Augustanicæ regionis*, quod notat Holstenius ad Stephan. Byzant.

[5] Veteres glossographi interpretantur *litteratum*, *doctum*. Ejus vero præter librum *contra. Manichæum*, quem et Photius *contra Manichæos* lib. I, cap. 11, laudat, reliqui omnes interciderunt. Ipse circa an. 358 obierit.

[6] Veronens., *Pictaviorum Aquitaniæ*: tum pro *Biterensi*, alii *Byterensi*. et *Biturensi*. Synodus isthæc habita est anno 356.

[7] Vatican., *a quinquagesimo* duntaxat. Sed et alii sunt tractatus Hilarii *in Psalmos*, puta 9, 13 et 14, etc., qui Hieronymo non innotuerunt.

[8] Veronensis *viventi eo* (leg. *ei*) *Constantinopoli*, etc. Sed etiam, qui subsequitur, alius in Constantium liber eo vivente, contra ac Hieron. sentit, scriptus videatur, si reputes auctoris ipsius verba

Constantium, quem post mortem ejus scripsit, et liber adversum Valentem [1] et Ursacium, historiam Ariminensis et Seleuciensis [2] synodi continens : et ad præfectum Salustium, sive contra Dioscorum, et liber Hymnorum et Mysteriorum alius, et Commentarii in Matthæum, et tractatus in Job, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit, et alius elegans libellus [3] contra Auxentium, et nonnullæ ad diversos epistolæ. Aiunt quidam, scripsisse eum et in Cantica canticorum ; sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictavis [4], Valentiniano et Valente regnantibus.

A ἕτερος εἰς Κωνστάντιον, ὅντινα μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀποβίωσιν συνέταξε, καὶ βίβλοι κατὰ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου, τὴν ἱστορίαν τῆς Ἀριμησίου καὶ Σελευκείας συνόδου περιέχουσαι, καὶ πρὸς Σαλούστιον ἔπαρχον, ἤτοι κατὰ Διοσκόρου καὶ τῶν Λιβερτινων, καὶ ἕτερος λόγος Μυστηρίων, καὶ Ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον, καὶ εἰς τὸν Ἰὼβ ὁμιλίαι, ἃς ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ Ὠριγένους μετέφρασε, καὶ ἕτερος εὐφυέστατος λίβελλος κατὰ Αὐξεντίου, καὶ πολλαὶ πρὸς διαφόρους Ἐπιστολαί. Φασὶ δὲ τινες γεγραφέναι αὐτὸν καὶ εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων, ἅπερ παρ' ἡμῖν ἐστιν ἄγνωστα. Ἐτελεύτησεν ἐν Πικτάβῃ, Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος βασιλευόντων.

## CAPUT CI.

**935** Victorinus, natione Afer, Romæ sub Constantio [5] principe rhetoricam docuit [6], et in extrema senectute, Christi [7] se tradens fidei, scripsit adversus Arium libros more dialectico valde obscuros, qui nisi ab eruditis non intelliguntur [8], et Commentarios [9] in Apostolum.

B **936** Βικτωρῖνος, γένει Ἄφρος, Κωνσταντίου βασιλεύοντος, ἐν τῇ Ῥώμῃ τὴν ῥητορικὴν διδάξας, ἐν τῷ ἐσχάτῳ γήρᾳ Χριστιανὸς γενόμενος, κατὰ Ἀρείου λόγους διαλεκτικοὺς πάνυ ἀμαυροὺς συνέγραψεν, οἵτινες παρὰ τῶν πεπαιδευμένων μόνον νοοῦνται, καὶ Ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἀπόστολον.

## CAPUT CII.

Titus, Bostrenus [10] episcopus, sub Juliano et

Τίτος, Βοστρήνων ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ καὶ

num. 2, ubi se notat scribere quinquennio post exsilia Eusebii, Luciferi, et Dionysii, anno scilicet 360, cum insequente 361 contigerit Constantii obitus. Fortassis autem ille quinquennii terminum paulo latius accepit.

[1] Item Veron., *et alius liber adversum Valentem*, etc. Græc. βίβλοι, plurium numero.

C [2] A Vatic. absunt, *et Seleuciensis*, tum legit *adversum præfecium*, male, et cæteris contradicentibus mss., si quædam editiones consentiunt. Hic autem liber, ut et duo sequentes, jam non exstant, et superioris contra Valentem, etc., fragmenta tantum hodie superant, quemadmodum et libri in Job. Porro satis supine Græcus interpres legit *libertinorum*, λιβερτίνων, pro *liber hymnorum*.

[3] Vatic., perperam, *et alios electos libellos*. Ex Epistolis ad diversos pleræque interciderunt. Subsequens opus in Cantic. cantic. plane ignoratur.

[4] Puta an. 367. Eximium hunc Patrem passim in epistolis aliisque libris Hieronymus laudat.

[5] Obvio errore quædam edit., *sub Constantino*.

D [6] Si, ut vulgo creditur ex prava lectione Præfationis in Epistolam ad Galatas, Hieronymus ipse Victorinum Romæ præceptorem habuit, cur in loco dissimulat, omnium ad id profitendum ornatissimo? Vide in Chronico ad ann. 14 et 20 Constantii

[7] Luculentissimum de ejus conversione Augustini testimonium lib. VIII Confession. c. 2, Miræus recitat : « Ubi, inquit Hipponensis episcop., commemoravi episcopo Ambrosio, legisse me quosdam libros Platonis, quos Victorinus quondam rhetor urbis Romæ, quem Christianum defunctum esse audieram, in Latinam linguam transtulisset ; ut me exhortaretur ad humilitatem Christi, mihi narravit quemadmodum ille doctissimus senex, et omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quique philosophorum tam multa legerat, et dijudicaverat, et dilucidaverat, doctor tot nobilium senatorum, quique etiam, ob insigne præclari magisterii, statuam in Romano foro meruerat et acceperat, non erubuerit esse puer Christi tui et infans fontis tui, subjecto collo ad humilitatis jugum, edomita fronte ad crucis opprobrium. »

[8] *Qui nisi ab eruditis non intelliguntur.* Omnes mss. codices hoc modo legunt. De Commentariis porro Victorini in Apostolum Hieronymus ita loquitur Præfat. Commentariorum in Epist. ad Galatas : « Non quia ignorem C. Marium Victorinum, qui Romæ me puero rhetoricam docuit, edidisse Commentarios in Apostolum, » etc. Sic legendum ex ms. Cluniacensi ; ex alio autem Ambrosianæ Bibliothecæ, *qui Romæ me a puero rhetoricam docuit*. At de his vide quæ diximus in Additamentis prioris partis hujus tomi IV. MARTIAN. — Sic habent mss. nostri omnes, et quos Martianæus consuluit, et plures alii. Nec diverso sensu Victorius, *ab eruditis modo intelliguntur*. Vitiose autem editiones aliæ, *non intelliguntur*. Hi libri quatuor proprie *contra Candidum* scripti sunt, cujus etiam epistolæ *de divina generatione* Victorinus respondit.

[9] De his ita judicat in Præfatione ad Commentarios in Epist. ad Galatas : « Non quod ignorem Caium Marium Victorinum, qui me puero (non me a puero) rhetoricam Romæ docuit, edidisse Commentarios in Apostolum ; sed quod occupatus ille eruditione sæcularium litterarum Scripturas omnino sanctas ignoraverit, et nemo possit, quamvis eloquens, de eo bene disputare quod nesciat. »

[10] Al. *Bostrensis*. Ex quatuor hujus auctoris contra Manichæum libris posteriores duo hactenus periisse visi sunt, siquidem in Holsteniano Hamburgensi codice, in quo unice asservantur, perturbata textus series librarii culpa fraudi fuit obiter pertractantibus. Nunc Friderici Winckleri diligentia tres priores integri reperti sunt ac restituti, qui in nupera Canisii antiquarum lectionum editione exhibentur. Hos laudat Ebed-Jesu cap. 29, tum Photius cod. 232, et libro primo contra Manichæos cap. 41.

Ἰοβιανοῦ βασιλευόντων, ἰσχυροὺς κατὰ τῶν Μανιχαίων συντάξας λόγους, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἐπὶ Οὐάλεντος ἐτελεύτησεν.

A Joviano principibus, fortes adversum Manichæos scripsit libros, et nonnulla volumina alia. Moritur autem sub Valente [1].

## CAPUT CIII.

Δάμασος, Ῥώμης ἐπίσκοπος, εἰς ἐποποιΐαν εὐφυὴς, πολλὰ καὶ σύντομα ἡρωϊκῷ μέτρῳ ἐξέδωκε, καὶ ὀγδοηκονταέτης ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐτελεύτησεν.

Damasus, Romanæ urbis episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaque et brevia metro edidit [2], et prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est.

## CAPUT CIV.

Ἀπολλινάριος, Λαοδικείας τῆς Σύρων ἐπίσκοπος, πατρὸς πρεσβυτέρου, ἐν τῇ νεότητι μᾶλλον τὴν γραμματικὴν ἤσκησεν, ὕστερον δὲ εἰς τὰς θείας Γραφὰς ἀναρίθμητα συντάξας τεύχη, Θεοδοσίου βασιλεύοντος ἐτελεύτησεν. **927** Εἰσὶν αὐτοῦ κατὰ Πορφυρίου τριάκοντα λόγοι, οἵτινες μεταξὺ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συγγραμμάτων μᾶλλον ἐκρίθησαν.

Apollinarius, Laodicenus Syriæ episcopus, patre presbytero [3], magis grammaticis in adolescentia operam dedit, et postea in sanctas Scripturas innumerabilia scribens volumina [4], **928** sub Theodosio imperatore obiit [5]. Exstant ejus adversus Porphyrium triginta libri, [6] qui inter cætera ejus opera B vel maxime probantur.

## CAPUT CV.

Γρηγόριος, Ἐλιβέρου τῆς Βαιτικῆς ἐπίσκοπος, ἕως τῆς ἐσχάτης ἡλικίας διαφόρους ὁμιλίας κοινῷ λόγῳ συνέταξε, καὶ περὶ Πίστεως λόγον ἄριστον, ὅστις ἄχρι τοῦ παρόντος λέγεται περιεῖναι.

Gregorius, Bæticus, Eliberi episcopus [7] usque ad extremam senectutem diversos mediocri sermone tractatus composuit, et de Fide elegantem librum, qui [8] hodieque superesse dicitur,

## CAPUT CVI.

Πακιανὸς, ἐν τοῖς Πυῤῥηναίου μέρεσι Βαρκίλωνος ἐπίσκοπος, σώφρονι βίῳ, εὐφραδείᾳ, καὶ λόγῳ λαμπρὸς, συνέταξε ποικίλα, ἀφ᾽ ὧν ἐστι Κέρβος, καὶ κατὰ τῶν Νωβατιανῶν. Ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ἐτελεύτησεν.

Pacianus [9], in Pyrenæi jugis Barcilonæ episcopus, castitate et eloquentia, et tam vita quam sermone clarus, scripsit varia opuscula, de quibus est Cervus [10], et contra Novatianos. Sub Theodosio principe, jam ultima senectute [11], mortuus est.

[1] Valens imperio potitus est ab anno 364 ad C 378.

[2] Nobis Victorii alios codices, Mediceum nempe et Fesulanum tum nostros omnes et Martianæo inspectos sequi placeret, *multaque brevia opuscula heroico metro edidit*. Quam lectionem et Græcus interpres probat. De Damasi scriptis alibi Hieron. epist. 22, ad Eustochium. Ebed-Jesu cap. 8; « Damasus episcopus Romæ scripsit de re Fidei, et Canones. » Obiit exeunte anno 384, exactis in pontificatu annis 18.

[3] Vitiose Brixiana quædam exemplaria apud Victorium, *Patre Probo*. Quod subsequitur *magis*, tametsi nullius ms. codicis ope fultus, mutari velim in *magnis*, ut intelligas, magnis in re grammatica viris præceptoribus suis Appollinarium operam dedisse. Hujus viri, quo magistro Hieronymus usus est, passim alibi ingenium laudat, sententias improbat.

[4] Supplemus *volumina* ex nostris mss. et Græco D interprete συντάξας τεύχη. Hanc vocem plerique vulgati aut penitus ignorant, aut ejus loco habent *opuscula*.

[5] Adhuc in vivis agebat duodecimo ejus imperatoris anno, sive Christi 378. ipso Hieronymo teste in Chronico: « Apollinaris Laodicenus jactatione ingenii quosdam errores pertinaciter asseverans, heresim sui nominis suscitavit, quam Damasus, habito Romæ concilio, damnavit. »

[6] Excepta Metaphrasi Psalmorum ac brevibus reliquorum operum fragmentis, Apollinarii scripta desiderantur.

[7] Al. *Iliberi*. Libellum de Fide, quem illi tribuit Quesnellius, ad calcem operis S. Leonis, alii S. Gregorio Nazianzeno, alii S. Ambrosio ascribunt.

[8] Relativum *qui* non habet cod. Veronensis neque Guelpherbytanus. Satis quoque otiose librum recentissimum superesse docuisset Hieronymus. Ea igitur expuncta vocula, ipsum Gregorium superstitem dici intelligito.

[9] Hunc *Pacatianum* vocant alii codices, quos inter unus e nostris; Honorius *Pacatium*. Mox Veronensis, *castitate eloquentiæ*, rectius Vatic. *castigatæ eloquentiæ*, quam lectionem præferri velim. Sic, cap. 90, *episcopus elegantis Latinique sermonis* Theodorus dicitur, et in sequenti Eusebius *elegantis et rhetorici ingenii*, etc. Notum porro Pacianum hunc Fl. Dextri cui liber iste *de viris illustribus* abs Hieronymo inscribitur, patrem exstitisse.

[10] Al. *Cerbus*, et Κέρβος cujus nominis variæ sunt doctorum hominum interpretiones. Ea verosimilior videtur cl. Fabricio, quæ fert, Pacianum hunc ideo libro suo titulum fecisse, *Cervum*, sive *Cervulum*, quod perstringeret ineptum morem quorumdam Christianorum in Hispaniis, qui kalend. Januarii se in cervorum, sive aliarum ferarum habitum mutabant. At nisi si *Cervus* de nomine ludus ille popularis tunc appellaretur, quod vetere aliquo testimonio probandum in primis fuisset, cur sumerent a cervo nomen, non a leone, capra, etc., qui feras promiscue omnes induebant? Propius vero mihi videtur librum inscriptum fuisse *Cervulus*, nomine a Græco κερβολεῖν derivato, quod est *conviciari*, aut *maledicere*, unde κέρβολος, *cervulus*, *conviciator*, *maledicus*. Certe hoc sensu accipi ab ipso Paciano sub initium Parænetici apparet: « Hoc

[11] In Dextri Chronico, quod et cl. Fabricio notatum est ad an. 391: « Paciano Barcinonensi episcopo parenti meo succedit Lampius. »

## CAPUT CVII.

Photinus, de Gallogræcia, Marcelli discipulus, A Sirmii [1] episcopus ordinatus, Hebionis hæresim instaurare conatus est, postea a Valentiniano [2] principe pulsus Ecclesia, plura scripsit volumina, in quibus vel præcipua sunt contra Gentes, et ad Valentinianum libri.

Φωτεινὸς, ἀπὸ τῆς Γαλλογραικίας, Μαρκέλλου μαθητής, Σιρμίου ἐπίσκοπος, τὴν τῶν Ἐβιωνιτῶν αἵρεσιν ἀνανεῶσαι ἐπεχείρησεν, ὕστερον παρὰ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐξεώθη τῆς Ἐκκλησίας· πολλὰ συντάξας τεύχη, ἀφ' ὧν εἰσιν ἐξαίρετοι κατὰ τῶν Ἐθνῶν, καὶ πρὸς Βαλεντινιανὸν λόγοι.

## CAPUT CVIII.

**939** Phœbadius [3], Agenni Galliarum episcopus, edidit contra Arianos librum. Dicuntur et ejus alia esse opuscula, quæ necdum legi. Vivit usque hodie decrepita senectute [4].

**940** Σοιβάδιος, Ἀγενοῦ τῆς κατὰ Γαλλίας ἐπίσκοπος, ἐξέδωκε κατὰ Ἀρειανῶν τεῦχος. Λέγονται αὐτοῦ καὶ ἕτερα εἶναι σπουδάσματα, οἷς οὔπω ἐνέτυχον. Μέχρι νῦν ζῇ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ διάγων.

## CAPUT CIX.

Didymus, Alexandrinus, captus a parva ætate B oculis, et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam quoque, et geometriam, quæ vel maxime visu [5] indiget, usque ad perfectum didicerit. Is plura opera et nobilia conscripsit, commentarios in Psalmos omnes, commentarios in Evangelium Matthæi et Joannis, et de Dogmatibus, et contra Arianos libros duos, et de Spiritu sancto librum unum [6], quem ego in Latinum verti: In Isaiam tomos decem et octo [7], in Osee, ad me scribens, commentariorum libros tres, et in Zachariam, meo rogatu, libros quinque, et commentarios in Job, et infinita alia [8] quæ digerere proprii indicis est. Vivit usque hodie, et octogesimum [9] tertium ætatis excessit annum.

Δίδυμος, Ἀλεξανδρεύς, ἐκ νέας ἡλικίας βλαβεὶς τὰς ὄψεις, καὶ διὰ τοῦτ' ἄπειρος τῶν στοιχείων, τοσοῦτον θαῦμα πᾶσι παρέσχετο, ὥστε τὴν διαλεκτικὴν καὶ γεωμετρικὴν, ἥτις μάλιστα ὁράσεως χρήζει, εἰς ἄκρον ἐκμεμαθηκέναι. Ὅστις πολλὰ καὶ περιφανῆ συνέταξε, τουτέστιν ὑπομνήματα εἰς πάντας τοὺς Ψαλμοὺς, ὑπομνήματα εἰς Ματθαῖον καὶ Ἰωάννην, καὶ περὶ Δογμάτων, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν λόγους δύο, καὶ περὶ Πνεύματος ἁγίου λόγον ἕνα, ὅντινα ἐγὼ εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέφρασα· εἰς Ἡσαΐαν τόμους ὀκτωκαίδεκα, εἰς Ὠσηὲ, πρὸς ἐμὲ γράφων, ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς, εἰς Ζαχαρίαν ἐμοῦ παρακαλέσαντος λόγους πέντε, ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἰὼβ, καὶ ἄλλα ἄπειρα, ἅτινα διηγήσασθαι ἰδίου ἐστὶ καταλόγου. Περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ὀγδοηκοστὸν ἐπλήρωσεν ἐνιαυτόν.

« Hoc enim, inquit, puto proxime cervulus ille C profecit, ut eo diligentior fieret, quo impressius notabatur. Et tota illa reprehendendi dedecoris expressi, ac sæpe repetiti non compressisse videatur, sed erudiisse luxuriam. Me miserum! quod ego facinoris admisi! Puto nescierant cervulum facere, nisi illis reprehendendo monstrassem. » Hieronymus supra lib. I *contra Rufinum*, num. 17, *ad struendam mihi calumniam cervulus*, pro quo verbo *cervulum* substitui debere suspicati sumus. Vide quæ ibi adnotantur. Jam vera Paciani iste liber non exstat. Vid. Illustriss. Philippum a Turre lib. *de Mythra*, pag. 208.

[1] Vitiose in cod. S. Crucis *Smyrnæ* habetur pro *Sirmii*. Vid. Epiphanium, hæres. LXXXI, 4.

[2] Primum anno 351 sub Constantio exsulare jussus, a Juliano revocatus est anno 362. Alterum itaque ejus exsilium Hieronymus memorat, quo post an. 364 a Valentiniano affectus hæreticus ad mortem neque conflictatus est. In Chronico ad an. D 379: « Photinus in Galatia moritur, a quo Photinianorum dogma inductum, qui multa continentiæ et ingenii bona uno superbiæ malo perdidit. »

[3] Mirum quam varie hoc nomen in mss. atque editis libris scriptum inveniatur. Veronens. habet *Fædabius*, Græcus interpres et cum eo quædam editiones *Sœbadius*; Concil. Cæsaraugustan. an. 380, *Philadius*; Severus Sulpicius lib. II Histor., *Fœgadius*, ut alios interim omittam.

[4] Anno 392. Cod. S. Crucis *necdum inveni* pro *legi*.

[5] Perperam pro *visu* quædam exemplaria habent *usu*. Mox apud Martian., *plurima nobiliaque opera*, quocum codices nostri omnes legunt. Vaticano excepto, qui postremam vocem *opera* non agnoscit. Vid. Socratem, IV, 25, et Hieronymi *Chronic.* ad an. 372.

[6] *De Spiritu sancto librum unum.* Opus Didymi de Spiritu sancto in tres libros divisum est apud Hieronymum in Latina translatione; sed hæc divisio est ipsius Hieronymi, aut exscriptorum ejus, non Didymi auctoris. MARTIAN. — Hujus libri Latinam abs Hieronymo adornatam interpretationem, quæ una exstat, supra excudimus. Reliquorum ejus operum non nisi fragmenta in catenis variis occurrunt.

[7] In cod. S. Crucis, vitiose tamen, *decem et novem* numerantur, Hieronymus in Prologo in Isai., *Didymus*, inquit, *cujus amicitiis nuper usi sumus, ab eo loco ubi scriptum est*, Consolamini, consolamini populum meum, sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem, *usque ad finem voluminis, decem et octo edidit tomos.*

[8] Martian. duoque ex nostris mss., *multaque alia.*

[9] Veronensis, *octogesimum* tantum. Alter e nostris, *octogesimum quartum.* Martianæus, *octogesimum septimum.* Præferrem Veronensis lectionem tum quod verosimilius sit, rotundo numero usum esse Hieronymum, tum quod an 392, quod isthæc scribebat, vix annum octogesimum primum (non tertium) excessisset Didymus, siquidem an. 396, ætatis suæ 85, obiit, testibus Palladio in Lausiaca, cap. 4, et Sigeberto Gemblacensi.

## CAPUT CX.

Ὀπτᾶτος, ἐπίσκοπος τῆς Μελιυΐτων, τοῦ μέρους A τῆς καθολικῆς, ἔγραψεν ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος κατὰ τῶν Δωνατιανῶν συκοφαντίας λόγους ἕξ, ἐν οἷς λέγει τὸ ἔγκλημα παρὰ τῶν Δωνατιστῶν εἰς ἡμὰς ψευδῶς ἐπηνέχθαι.

Optatus Afer, episcopus Milovitanus, ex parte catholica, scripsit Valentiniano et Valente principibus [1], adversum Donatianæ partis calumniam libros sex [2], in quibus asserit crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.

## CAPUT CXI.

**941** Ἀκύλιος Σεβῆρος, ἐν ταῖς Ἱσπανίαις ἀπόγονος Σεβήρου, πρὸς ὃν δύο Λακταντίου ἐπιστολῶν φέρονται λόγοι, συνέταξε τεῦχος ἐν τάξει ὁδοιπορικοῦ, παντὸς τοῦ βίου αὐτοῦ περιέχον διήγημα, τοῦτο μὲν καταλογάδην, τοῦτο δὲ καὶ μέτρῳ ἡρωϊκῷ, ὅπερ ὠνόμασε Καταστροφὴν, ἤτοι Πεῖραν, καὶ ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ βασιλέως ἐτελεύτησεν.

**942** Aquilius [3] Severus, in Hispania, de genere illius Severi ad quem Lactantii [4] duo epistolarum scribuntur libri, composuit volumen, quasi ὁδοιπορικὸν totius suæ vitæ statum continens tam prosa quam versibus, quod vocavit Καταστροφὴν, sive Πεῖραν, et sub Valentiniano principe obiit.

## CAPUT CXII.

Κύριλλος, Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, πολλάκις B ἐξωσθεὶς τῆς Ἐκκλησίας, ὕστερον Θεοδοσίου βασιλεύοντος, ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ὀκτὼ ἀσάλευτον ἔσχε τὴν ἐπισκοπὴν, οὗτινός εἰσι κατηχήσεις, ἃς ἐν τῇ νεότητι συνέταξεν.

Cyrillus, Hierosolymæ episcopus, sæpe pulsus [5] Ecclesia, et receptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annis inconcussum episcopatum tenuit. Exstant ejus κατηχήσεις, quas in adolescentia composuit [6].

## CAPUT CXIII.

Εὐζώϊος, παρὰ Θεσπεσίῳ ῥήτορι, ἅμα Γρηγορίῳ Ναζιανζοῦ ἐπισκόπῳ νέος ἐν Καισαρείᾳ φοιτήσας, καὶ ὕστερον τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπος, πολλῷ πόνῳ φθαρεῖσαν ἤδη τὴν Ὠριγένους καὶ Παμφίλου Βιβλιοθήκην ἐν σωματίοις ἀνανεῶσαι ἐπεχείρησεν. Καὶ ὕστερον ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως τῆς Ἐκκλησίας ἐξεώσθη. Φέρονται τούτου πολλαὶ καὶ πλεῖσται ὁμιλίαι, αἷς ἐστι ῥᾴδιον ἐντυχεῖν.

Euzoius, apud Thespesium rhetorem, cum Gregorio Nazianzeno episcopo adolescens Cæsareæ eruditus est, et ejusdem postea urbis episcopus plurimo labore corruptam jam [7] Bibliothecam Origenis et Pamphili in membranis instaurare conatus est. Ad extremum sub Theodosio principe Ecclesia pulsus est. Feruntur ejus varii multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile est.

## CAPUT CXIV.

Ἐπιφάνιος, Κύπρου Σαλαμίνης ἐπίσκοπος, ἔγρα- C ψε κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων λόγους, καὶ ἕτερα πολλὰ, ἅτινα παρὰ μὲν τῶν πεπαιδευμένων διὰ τὰ πράγματα, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ τὰ ῥήματα ἀναγινώσκεται. Περίεστιν ἄχρι τοῦδε, καὶ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ποικίλα συντάττει συγγράμματα.

Epiphanius, Cypri Salaminæ episcopus, scripsit adversum omnes hæreses libros, et multa alia, quæ ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitantur [8]. Superest usque hodie, et in extrema jam senectute varia cudit opera.

## CAPUT CXV.

**943** Ἐφραὶμ, τῆς ἐν Ἐδέσσῃ Ἐκκλησίας διάκονος, πολλὰ τῇ τῶν Σύρων διαλέξει συντέθεικε, καὶ εἰς τοσαύτην ἦλθε λαμπρότητα, ὥστε μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν δημοσίᾳ ἔν τισι τῶν ἐκ-

**944** Ephræm, Edessenæ Ecclesiæ diaconus, multa Syro sermone composuit, et ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis ejus scripta reciten-

[1] Ad annum Christi 270.

[2] Cod. S. Crucis *septem* legit, et tot quidem hodie enumerantur Optati libri, etiam in nupera editione a Dupinio adornata. Attamen totum opus in D sex tantum libros partitus est ipse Optatus, ut ex ejus lib. 1, n. 7. liquet: proinde septimus, qui subjungitur, laciniis constat ab ipso, ut videtur auctore, in additamentorum vicem elaboratis. Nec ex Hieronymi codicibus alium scio qui *septem* legerit pro *sex*.

[3] Vaticanus, nosterque Veron., *Acilius*, quemadmodum alii, quos Suffridus Petri consuluit. Honorius, *Achilium*.

[4] Recole superius cap. 80, de Lactantii epistolis. Severi hujus liber jam non extat.

[5] Bis a Constantio jussus exsulare, atque iterum a Valente a quo demum revocatus, rexit Ecclesiam ab ann. 879 usque ad 386, quo et vivere desiit. Noster in Chronico ad an. 352: « Cyrillus, inquit, cum a Maximo fuisset presbyter ordinatus, et post mortem ei ab Acacio episcopo Cæsariensi et cæteris Arianis episcopis episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, diaconus in Ecclesia ministravit, ob quam impietatem sacerdotii mercede pensatus, Heraclium, quem moriens Maximus in suum locum substituerat, varia fraude sollicitans, de episcopo in presbyterum regradavit. »

[6] Quodque est mirum magis, ex tempore pronuntiavit.

[7] Veronens. voculam *jam* addit, quemadmodum et Græcus ἤδη. Ex Euzoii scriptis ne tituli quidem supersunt.

[8] Idem Veron. et Vatican., *propter verba, quoque;* tum in fine *cudit opuscula*.

tur. Legi ejus de Spiritu sancto Græcum volumen [1], quod quidam de Syriaca lingua verterant, et acumen sublimis ingenii, etiam in translatione, cognovi. Decessit sub Valente principe.

A κλησιῶν ἀναγινώσκεται τὰ συγγράμματα. 'Ανέγνων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος 'Ελληνικὸν τεῦχος, ὅπερ τινὲς ἀπὸ τῆς Σύρων γλώττης μετέφρασαν, καὶ τὸ ἄκρον τῆς ὑψηλοτάτης διανοίας ἐκ τῆς μεταφράσεως ἔγνων 'Ετελεύτησε βασιλεύοντος Γρατιανοῦ (*a*).

## CAPUT CXVI.

Basilius, Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, episcopus, egregios contra Eunomium elaboravit libros, et de Spiritu sancto volumen, et in Hexaemeron homilias novem, et [2] ἀσκητικὸν, et breves variosque tractatus. Moritur imperante Gratiano [3].

Βασίλειος, Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν, ἥτις πρῶτον Μάζακα ἐκαλεῖτο, ἐπίσκοπος, κατὰ Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ περὶ Πνεύματος ἁγίου τεῦχος, καὶ εἰς τὴν 'Εξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα, καὶ ἀσκητικὸν, καὶ βραχείας καὶ ποικίλας ὁμιλίας. Τελευτᾷ βασιλεύοντος Γρατιανοῦ (*a*).

## CAPUT CXVII.

Gregorius [4], primum Sasimorum, deinde Nazianzenus episcopus, vir eloquentissimus, præceptor meus, quo Scripturas explanante didici, ad triginta millia versuum omnia opera sua composuit. E quibus illa sunt: de morte fratris Cæsarii [5], Περὶ Φιλοπτωχίας, laudes Machabæorum, laudes Cypriani, laudes Athanasii, laudes Maximi philosophi post exsilium reversi, quem falso nomine quidam Heronis [6] superscripserunt (quia est et alius liber vituperationem ejusdem Maximi continens; quasi non licuerit eumdem et laudare et vituperare pro tempore); et liber, hexametro versu, Virginitatis et Nuptiarum contra se disserentium; adversum Eunomium liber unus [7], **945** de Spiritu sancto liber unus, contra Julianum imperatorem libri duo. Secutus est autem Polemonem dicendi charactere, vivoque se episcopum [8] in loco suo ordinans, ruri vitam monachi exercuit. Decessitque ante hoc ferme triennium [9] sub Theodosio principe.

B Γρηγόριος, Σασίμων πρότερον, εἶτα Ναζιανζοῦ ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος, οὗ ἐξηγουμένου τὰς θείας ἔγνων Γραφὰς, εἰς τρεῖς μυριάδας στίχων πάντα τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνέθηκεν, ἀφ' ὧν εἰσι τάδε· περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρίου, περὶ Φιλοπτωχίας, ἐπαίνους τῶν Μακκαβαίων, ἐπαίνους Κυπριανοῦ, ἐπαίνους 'Αθανασίου, ἐπαίνους Μαξίμου φιλοσόφου μετὰ τὴν ἐξορίαν ἀναζεύξαντος, ὅντινα ψευδῶς τινες Ἥρωνος ἐπέγραψαν (ἔστι γὰρ καὶ ἄλλη βίβλος, κατάγνωσιν τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου περιέχουσα, ὡς μὴ ἐξὸν εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ ἐπαινέσαι καὶ ψέξαι ἐν καιρῷ)· καὶ βίβλος, δι' ἐξαμέτρων, Παρθενίας καὶ Γάμου καθ' ἑαυτῶν διαλεγομένων· κατὰ Εὐνομίου λόγος εἷς, περὶ Πνεύματος ἁγίου λόγος εἷς, κατὰ 'Ιουλιανοῦ τοῦ βασιλέως λόγος εἷς. 'Ηκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι C **946** καὶ περιὼν εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον ἐπίσκοπον καταστήσας, ἐν ἀγρῷ βίον μοναδικὸν ἀπηνέγκατο, καὶ ἐτελεύτησε πρὸ τριετοῦς χρόνου βασιλεύοντος Θεοδοσίου.

[1] Hodie non superset, quod sciam: pro *Græcum* quosdam legere *egregium* testatur Fabricius.

[2] Particulam *et* Neronens. omittit. Moritur S. Basilius an. 379.

[3] *Moritur imperante Gratiano.* Hic bene se res habet cum Basilio, qui magno intervallo separatus est a Photino Sirmii episcopo: nam quod in Chronicis Eusebianis simul ponuntur Photinus et Basilius, hinc factum est ut quod de priore Hieronymus dixerat, proxime consequenti sit ascriptum, nempe isthæc verba, *Qui plurima continentiæ et ingenii bona, uno superbiæ malo perdidit.* Hoc de Photino mortuo asserebat Hieronymus; non de sancto Basilio, ut volunt hæretici hujus temporis quærentes nodum in scirpo. At de his fusius dicetur, si Deus vitæ annos tribuerit ad novam usque Chronicorum editionem, quam multi eruditi viri a nobis exposcunt. MARTIAN.

[4] Duo mss. nostri, et Erasm. *Gregorius Nazianzenus*, etc., omissis quæ interseruntur, *primum Susimorum deinde*, quæ possunt ab Hieronymi manu non profecta videri; cur enim, si quas ille tenuit sedes, enumerare animus erat, Constantinopolitanam præterit, quam cum impleret an. 381, ejus præceptor fuit? Et Sasimis quidem ægre tulit præfici se episcopum a Basilio, Nazianzi autem proprie, decrepiti patris sui, episcopi, vicibus fungebatur; quamquam Nazianzenus episcopus etiam apud veteres scriptores audit. Quidam codices vetustissimam retinent lectionem *Nazanzenus* pro *Nazianzenus*, quam et in veteribus monimentis Mabillonius animadvertit, et nos sequimur.

[5] Vitiose *Basilii* nomen *Cæsarii* nomini substituit cod. S. Crucis. Et Basilium quidem pro funere laudavit Gregor., sed amicus hic sibi erat, non frater. Forte scripserat Hieronymus *de morte fratris Cæsarii et de morte Basilii*, quorum alterum facili librariorum errore excidit. Sciolus quidam Gregorium nostrum cum Nysseno confudit, et Cæsarium in Basilium corrupit. Mox iidem mss. nostri *Laudes Cypriani*, ex scribarum errore omittunt.

[6] Nostri, et quos Erasmus inspexit, mss., *Herona* vel *Jerona*. Sub Heronis Alexandrini philo- D sophi nomine non laudatum, sed vituperatum Maximum a Gregorio indicant, *Quasi non liceret eumdem et laudare et vituperare pro tempore.*

[7] Perperam nostri omnes, et Fesulanus, cum Mediceo apud Victorium, *adversus Eunomium duos*, et contra Julianum *unum*. Tum *Polemonium dicendi* χαρακτῆρα, expuncta etiam voce *dicendi*, ut Græcus interpres facit. De Polemone autem Laodiceno sophista vide Philostratum, lib. I, c. 15.

[8] *Vivoque se episcopum*, etc. *Eulalium* videlicet virum sanctum ac sapientem. *Arianzum* autem locus fuit, ubi vitam monachi Gregorius exercuit. Tacuit porro Hieronymus de episcopatu Gregorii in sede Constantinopolitana, quia brevi tempore sedem illam occupavit sanctus Doctor, e qua seipsum tandem exturbavit, videns spem pacis inter episcopos exturbatam. MARTIAN.

[9] Malim ego *biennium* reponi cum quibusdam

(*a*) In Latino autem *sub Valente*.

## CAPUT CXVIII.

Λούκιος, μετὰ Ἀθανάσιον Ἀρειανῆς θρησκείας ἐπίσκοπος, ἄχρι Θεοδοσίου βύσιλεύοντος, παρ' οὗ καὶ ἐξεώσθη, τὴν Ἀλεξανδρειανὴν κατέσχεν Ἐκκλησίαν. Φέρονται τούτου περὶ τοῦ Πάσχα ἐπιστολαὶ, καὶ ὀλίγοι ποικίλων ὑποθέσεων λόγοι.

Lucius, post Athanasium Arianæ partis episcopus, usque ad Theodosium principem, a quo et pulsus est [1], Alexandrinam Ecclesiam tenuit. Exstant ejus solemnes de Pascha epistolæ et pauci variarum hypotheseon libelii.

## CAPUT CXIX.

Διόδωρος, Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, ἡνίκα ἦν Ἀντιοχείας πρεσβύτερος, μᾶλλον λαμπρὸς ἦν. Εἰσὶ τούτου εἰς τὸν Ἀπόστολον ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πλεῖστα εἰς τὸν Εὐφεβίου μᾶλλον τοῦ Ἐμεσηνοῦ χαρακτῆρα προσήκοντα, οὗτινος τῇ γνώμῃ ἀκολουθήσας, τὸ ἐλλόγιμον οὐκ ἠδυνήθη μιμήσασθαι, διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν κοσμικῶν γραμμάτων.

Diodorus, Tarsensis episcopus [2], dum Antiochiæ esset presbyter, magis claruit. Exstant ejus in Apostolum commentarii, et multa alia, ad Eusebii magis Emiseni [3] characterem pertinentia, cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam sæcularium litterarum.

## CAPUT CXX.

Εὐνόμιος, Ἀρειανῆς θρησκείας, Κυζίκου ἐπίσκοπος, τοσοῦτον εἰς βλασφημίαν ἦλθε τῆς οἰκείας αἱρέσεως, ὥστε ὅπερ ἐκεῖνοι κρύπτουσι, τοῦτο φανερῶς ὁμολογῆσαι. Ἕως τοῦ νῦν λέγεται περιεῖναι ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ πολλὰ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας συγγράφειν, ᾧτινι ἀντέγραψαν Ἀπολινάριος, Δίδυμος, Βασίλειος Καισαρείας, Γρηγόριος Ναζιανζηνὸς καὶ Νυσσηνός.

Eunomius, Arianæ partis, Cyzicenus episcopus, in apertam hæreseos suæ prorumpens [4] blasphemiam, ut quod illi tegunt, iste publice fateretur, usque hodie vivere dicitur in Cappadocia [5], et multa contra Ecclesiam scribere [6]. Responderunt ei Apollinarius [7], Didymus, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, et Gregorius Nyssenus.

## CAPUT CXXI.

**947** Πρισκιλλιανὸς, Ἀβίλης ἐπίσκοπος, ὅστις συσκευῇ Ὑδατίου καὶ Ἰθακίου, εἰς Τρίβεριν παρὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου ἐσφάγη, ἐξέδωκε πολλὰ συντάγματα, ἀφ' ὧν τινα εἰς ἡμᾶς παρεληλύθασιν. Οὗτος ἄχρι τήμερον παρά τινων τὴν Γνωστικὴν αἵρεσιν, τουτέστιν Βασιλείδου καὶ Μαρκίωνος, περὶ ὧν Εἰρηναῖος συνέγραψεν, ὡς αἱρετικὸς κατηγορεῖται, ἐκδικούντων τινων, οὐχ οὕτως αὐτὸν νενοηκέναι ὡς εὐθύνεται.

**948** Priscillianus [8]. Abilæ episcopus, qui factiones Hidatii et Ithacii [9] Treveris a Maximo tyranno cæsus est, edidit multa opuscula [10], de quibus ad nos aliqua pervenerunt. Hic usque hodie a nonnullis Gnosticæ, id est Basilidis et Marci [11], de quibus Irenæus scripsit, hæreseos accusatur, defendentibus] aliis, non ita eum sensisse, ut arguitur.

editis antea. Suidas nempe Gregorium tradit, an. 43 Theodosii principis obiisse. Sequenti autem 14 scripisse Hieronymum, non est qui ignoret. Puta adeo initium decimi tertii, quo ille obiit, et finem decimi quarti, quo hic scripsit, indicari:

[1] Veronens. et Guelpherbitanus, *a quo expulsus est*. Ad annum hoc referunt 379, Lucii autem hujus libri, exiguo fragmento excepto, in Actis Rom. concil. sub Martino I ad unum omnes intercidere. Vide Socratem IV, 37; Sozomenum VI, 5, atque alibi.

[2] Ante annum 378, quo episcopalem Tarsi cathedram conscendit.

[3] *Emiseni* vocabulum non agnoscit Veronensis liber, sed nec Facundus Hermianensis, qui caput istud ex Hieronymo totidem verbis exscripsit. Quod ait, ad ejus characterem pertinuisse Diodori scripta, sic intelligo, ut historicum sensum, quem in exponendis Scripturis Eusebium sibi proposuisse testatur cap. 91, Diodorus cum primis sit persecutus. Mirum quod addit. Emiseni eloquentiam eum imitari non potuisse; cum hanc eloquentiæ laudem illicum primis tribuant Theodoritus lib. IV, ubi cum amni limpidissimo comparat, et Photius, qui in dicendo purum ac perspicuum prædicat. Nunc vero ejus opera præter quasdam lacinias in catenis, frustra quæras. Exiguum fragmentum Hieron. refert e Commentariis in Apostolum in epistola 119, *ad Minervium et Alexandrum*. Vide infra caput 120,

[4] Veronens., *prorupit*, et mox *fateatur*. In Chronico ad an. 10 Valentiniani et Valentis: « Eunomius discipulus Aetii Constantinopoli agnoscitur, a quo hæresis Eunomiana. » Vid. in Isa. cap. LXV, et Epist, ad Tit. cap. II et III.

[5] Postquam tertium exsulasset, hanc veniam a Theodosio Magno impetraverat, ut ad patrios Dacoræ agros in Cappadocia regrederetur, quemadmodum scribit Philostorgius, ex eoque Nicephorus. Ante annum tamen 396 dicitur obiisse.

[6] Cod. Guelpherbyt., *scribere ausus est*, Ex ejus scriptis ἔκθεσιν ἀπολογητικὸν non ita pridem Cl. Fabricius vulgavit.

[7] Didymi et Appollinarii contra Eunomium scripta non exstant. Cod Cisterciensis Gregorii nomen non repetit; falso autem *Emissenus* pro *Nyssenus* legit.

[8] Hunc Priscillianum Abulensem in Hispania ulteriori episcopum etiam in prologo ad libros contra Pelagianos memorat ac suggillat. Vide severum Sulpitium sub finem secundi libri.

[9] Erasm., *Hythacii et Hithatii*; sed et *Hydiati et Idatii* invenitur.

[10] Ad nos usque nulla pervenerunt.

[11] Hactenus editi falso legerant *Marcionis* cum Græco interprete. Sed *Marci* rescribendum, ut emendamus nostrorum omnium codicum auctoritate, probat etiam Irenæi locus lib. I, cap. 8, de Hæresibus, ab ipso Hieronymo locis infra notandis laudatus atque exscriptus. Ita habere etiam codices regios testatur doctiss. Cotelerius. Vide epist. 65, ad Theodoram, et in Isaiæ cap. LXIV. Severus Sulpitius lib. supra laudato, « Primus, inquit, eum intra Hispanias Marius intulit Ægypto profectus, » etc.

## CAPUT CXXII.

**Latronianus** [1], provinciæ Hispaniæ, valde eruditus, et in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est et ipse Treveris cum Priscilliano, Felicissimo, Juliano, Euchrotia, ejusdem factionis auctoribus. Exstant ejus ingenii opera, diversis metris edita.

A Ματρωνιανὸς, ἐπαρχίας Ἱσπανίας, σφόδρα πεπαιδευμένος, καὶ εἰς ἐποποιίαν τοῖς ἀρχαίοις συγκρινόμενος, ἐσφάγη καὶ αὐτὸς ἐν Τριβέρει ἅμα Πρισκιλλιανῷ, Φηλικισσίμῳ, Ἰουλιανῷ, καὶ Εὐχρωτίᾳ, τοῖς ἐξάρχοις τῆς αὐτῆς αἱρέσεως. Εἰσὶ τούτου συγγράμματα διαφόρῳ μέτρῳ ἐκδοθέντα.

## CAPUT CXXIII.

Tiberianus, Bæticus, scripsit pro suspicione, qua cum Priscilliano accusabatur, hæreseos, apologeticum tumenti compositoque sermone; sed post suorum cædem [2], tædio victus exsilii, mutavit propositum, et juxta sanctam Scripturam, *canis reversus ad vomitum suum* [3], (*Prov.* XVI, 11; *II Petr.* II, 22), filiam, devotam Christo virginem, matrimonio copulavit [4].

Τιβεριανὸς, Βαιτικὸς, συνέγραψε περὶ τῆς ὑπονοουμένης αἱρέσεως, εἰς ἣν ἅμα Πρισκιλλιανῷ κατηγορεῖτο, ἀπολογητικὸν ὑψηλῷ καὶ ἐπηρμένῳ λόγῳ. Ὅστις μετὰ τὴν τῶν ἰδίων σφαγὴν ἡττηθεὶς, ἀνιαρῶς διάγων ἐν τῇ ἐξορίᾳ, ἐξέστη τῆς οἰκείας προθέσεως, καὶ κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, κύων εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἀναζεύξας, θυγατέρα, καθιερωθεῖσαν Θεῷ παρθένον, γαμηθῆναι κατηνάγκασεν.

## CAPUT CXXIV.

**Ambrosius**, Mediolanensis episcopus, usque in præsentem diem scribit [5], de quo, quia superest, meum judicium subtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.

B Ἀμβρόσιος, Μεδιολάνου ἐπίσκοπος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας συγγράφεται, καὶ ἐπείπερ περίεστι, τὴν ἐμὴν κρίσιν ἀναστέλλω, μήπως κολακείας μᾶλλον ἢ ἀληθείας εὐθύνωμαι.

## CAPUT CXXV.

**949** **Evagrius**, Antiochiæ episcopus, acris ac ferventis ingenii, cum adhuc esset presbyter, diversarum hypotheseon tractatus mihi legit [6], quos necdum edidit; Vitam quoque beati Antonii de Græco Athanasii in sermonem nostrum transtulit.

**950** Εὐάγριος, Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, εὐφυοῦς καὶ ἄκρας διανοίας, ἔτι πρεσβύτερος ὢν, διαφόρων ὑποθέσεων ὁμιλίας ἀνέγνω μοι, ἃς οὔπω ἐξέδωκε· καὶ τὸν Βίον δὲ τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου ἀπὸ Ἑλληνικοῦ Ἀθανασίου εἰς τὴν ἡμετέραν διάλεξιν μετήνεγκεν.

## CAPUT CXXVI.

Ambrosius Alexandrinus [7], auditor Didymi, scripsit adversum Apollinarium volumen multorum versuum de dogmatibus, et ut ad me nuper quodam narrante perlatum est, Commentarium in Job, qui usque hodie superest.

C Ἀμβρόσιος Ἀλεξανδρεὺς, ἀκροατὴς Διδύμου, ἔγραψε κατὰ Ἀπολιναρίου τεῦχος πολλῶν στίχων περὶ δογμάτων, καὶ καθὼς ὑπόγυον διηγουμένου τινὸς ἔγνων, Ὑπομνήματα εἰς τὸν Ἰὼβ, ὃς ἄχρι τοῦ παρόντος περίεστιν.

[1] Quidam *Matronianum* legunt, sed longe plures ac merito præstantiores *Latronianum*. Sic etiam habent Sulpitii Severi codices, apud quem totam hanc Priscillianei dogmatis historiam recole loc. cit. Mox quodam e nostris, Guelpherbyt., *vir valde eruditus*. Tum Veronens., *metrico ordine*, pro *opere*. Horum nihil hodie superest.

[2] Editi, *postea post*, quod placuit emendare ex nostrorum omnium codicum fide et consensu. Modo laudatus Sulpit. Severus, et Tiberianus ademptis bonis in Sylinam insulam datus, *lege* D delatus. »

[3] In meliorem partem accipiendum Tiberiani factum videtur, ut Tillemontio cum primis placuiti Ex nefariis scilicet dogmatibus Priscilliani hæreseos cujus Tiberianus suspicione laborabat, hoc erat, quod conjugia damnaret. Reversus itaque ad suos ex Sylina insula, in quam ejus sectæ convictus, fuerat deportatus, ut quam infensus huic error esset, ex animo proderet, filiam ipsam suam, tanetsi devotam jam Christo virginem, matrimonio copulavit, sive ut nuberet, auctor fuit. Quo facto, male se quidem gessisse non diffitemur, quippe qui matrimonium virginitati, et consecratæ quidem præferre se, demonstravit, sed non videtur, quod ait Hierouymus, *reversus ad vomitum*.

[4] Perperam Guelpherbytanus, *matrimonio sibi copulavit*. Hieronymus nonnisi nuptui traditam, et, ut Græcus iuterpres habet, *coactam* ad nuptias, Christo devotam virginem filiam Tiberiano exprobrat.

[5] Hanc vulgo putant in uno Ambrosio prætexi causam, quod superstes sit, ne de ejus operibus judicet, quod minus bene de iis sentiret. Verum, ut concedamus Rufini calumniæ, suggillari abs Hieron. S. episcopi libros de Spiritu sancto, passim alia ejus scripta valde prædicat, ut librum *de Viduis*, illos de *Virginibus*, item *de Officiis*, etc.

[6] Utpote pernecessario, et quo itineris in Orientem comite, et cum Antiochiæ ageret, familiarissime est usus. Tractatus vero istos varii argumenti fortasse nunquam Evagrius ediderit. Vide epist. I *de muliere septies percussa* in fine, tum IV et V, ad Florentium.

[7] Laodicenum intellige, de quo superius cap. 104, et quem mss. *Apollinarem* et *Apollinarium* promiscue vocant. Ambrosii autem hujus nedum scripta, quæ nulla supersunt, vix aut ne vix quidem nomen apud veteres invenias.

## CAPUT CXXVII.

Μάξιμος Φιλόσοφος, ἁρμώμενος ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων, Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος καταστὰς καὶ καθαιρεθεὶς, ἐπίσημον περὶ τῆς πίστεως κατὰ τῶν Ἀρειανῶν συνέταξε βίβλον, ἥντινα ἐν Μεδιολάνῳ Γρατιανῷ ἐπέδωκε βασιλεύοντι.

Maximus Philosophus [1], natus Alexandriæ, Constantinopoli episcopus ordinatus est, et pulsus, insignem de Fide adversus Arianos scripsit librum, quem Mediolani Gratiano principi dedit.

## CAPUT CXXVIII.

Γρηγόριος, Νύσσης ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς Βασιλείου τοῦ Καισαρέως, πρὸ ὀλίγων ἐνιαυτῶν ἐμοὶ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Ναζιανζηνῷ κατὰ Εὐνομίου ἀνέγνω λόγους, ὅστις καὶ ἄλλα πολλὰ γεγραφέναι καὶ γράφειν λέγεται,

Gregorius, Nyssenus episcopus, frater Basilii Cæsariensis, ante paucos annos [2] mihi et Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, qui et multa alia scripsisse et scribere dicitur.

## CAPUT CXXIX.

Ἰωάννης Ἀντιοχείας πρεσβύτερος, Εὐσεβίου Ἐμεσηνοῦ καὶ Διοδώρου ἀκόλουθος, πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν περὶ ἱερωσύνης μόνον ἀνέγνων.

Joannes [3], Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, Eusebii Emiseni Diodorique sectator [4], multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantum legi.

## CAPUT CXXX.

**951** Γελάσιος, Καισαρείας Παλαιστίνης μετὰ Εὐζώϊον ἐπίσκοπος, λαμπρῶς τινα συγγεγραφέναι λέγεται, ἀποκρύπτειν δέ.

**952** Gelasius, Cæsaræ Palestinæ post Euzoium [5] episcopus, accurati limatique sermonis fertur quædam scribere, sed celare.

## CAPUT CXXXI.

Θεότιμος, Σκυθίας Τομέων ἐπίσκοπος, ἐν τάξει

Theotimus [6], Scythiæ Tomorum episcopus, in

[1] Cynicus nempe, cujus notissimum nomen est in *Historia ecclesiastica*. Ejus *de Fide* liber ætatem non tulit. Vid Theodorit. lib. v, 8.

[2] Anno scilicet 381, cum ad synodum II œcumenicam Constantinopolim, ubi episcopum gerebat Nazianzenus, ipse Nyssemus convenisset: libri contra Eunomium, quos Hieronymo legit, fuerint tredecim illi λόγων ἀντιῤῥητικῶν.

[3] Qui etiam ob auream in dicendo elegantiam *Chrysostomus* cognominatus est. Porro quidam mss. tum Erasmo, cum Martianæo inspecti, ex scioli interpolatoris ingenio, addunt: « Postea Constantinopolitanæ episcopus civitatis (quam dignitatem sexennio post hunc Hieronymi librum, sive an. 398, Joannes obtinuit), tractator peritissimus, et ex tempore declamator insignis. Eusebii, Diodorique sectator multa composuit: Περὶ ἱερωσύνης, *de Compunctione cordis, de Lapsu animæ, de Mysterio crucis de Fide adversum Arianos, adversum Macedonianos, adversum Anomæos*, et alia infinita, quæ nec invenire apud aliquem quamvis studiosum facile est: sed per totum orbem scripta ejus tam Græco sermone edita, quam in Latinum translata, velut fulgura discurrentia micant. Claruit maxime sub Arcadio principe, a quo et privata Augustæ conjugis indignatione, exsilio pulsus obiit. Et post multos annos corporis ejus reliquiæ cum magna gloria a Theodosio filio ejus Constantinopolim deportatæ intra apostolorum thecas conditæ jacent. » Quam inepte ac temere Hieronymiano textui in Chrysostomi gratiam hæc assuta fuerint, res clamat.

— *Joannes, Antiochenæ*, etc. Ægre ferunt quidam recentiores tam parva scripta fuisse de sancto Joanne Chrysostomo, quia nesciunt præsens opus *de Scriptoribus Ecclesiasticis* editum fuisse sex annis antequam Joannes sublevaretur in thronum episcopalem Constantinopolit., nomenque ejus celeberrimum haberetur in Ecclesiis catholicorum. Sed quam vetus sit illa imperitorum quæstio ac querela, facile discimus e ms. codice Cluniacensi, in quo nebulo quidam ac impostor invito Hieronymo hunc obtrudit contextum in laudem sancti Chrysostomi:

CXXIX. « Joannes, Antiochenæ prius Ecclesiæ presbyter, postea Constantinopolitanæ episcopus civitatis, tractator peritissimus, et ex tempore declamator insignis. Eusebii Emiseni Diodorique sectator, multa composuit: ΠΕΡΙ ΙΕΡΟΣΥΝΗΣ, *de Compunctione cordis*; *de Lapsu animæ, de Mysterio Crucis, de Fide adversum Arianos*; *adversum Macedonianos; adversum Anomæos;* et alia infinita, quæ nec invenire apud aliquem quamvis studiosum facile est; sed per totum orbem scripta ejus tam Græco sermone edita, quam in Latinum translata, velut fugura discurrentia micant. Claruit maxime sub Arcadio principe, a quo privata Augustæ conjugis indignatione, exsilio pulsus obiit. Et post multos annos corporis ejus reliquiæ cum magna gloria a Theodosio filio ejus Constantinopolim deportatæ, intra Apostolorum thecas conditæ jacent. »

Videant nunc amatores Chrysostomi, quantum potuit scelus imperitus amator Joannis, et ineptus corruptor Hieronymi, non intelligens anno Theodosii senioris decimo quarto, nihil tale scribi potuisse de exsilio S. Chrysostomi, de morte ejus, et reliquiis Constantinopolim deportatis Meminerit vero lector studiosus periodorum Pauli apostoli, et Theclæ virginis, et fatebitur non insolens fuisse amatoribus sanctorum imperitis multa fingere et confingere veritati contraria. MARTIAN.

[4] Alterum cap. 91. alterum 119, supra recensuit. Vide Sozomenum, lib. VIII, cap. 2, ubi et auditorem Diodori Chrysostomum fuisse tradit. Cæterum verissime ait Suidas: « Ejus scriptorum numerum recensere non hominis est, sed Dei potius omnia cognoscentis. » Vide Ebed-Jesu, c. 26,

[5] Vitiose quidam codices *post Eunomium*, deinde Guelpherbytan. *quædam scribere capitula*. Operum ejus nonnisi pauca exstant fragmenta. Ipse biennio post, sive an. 394, defunctus dicitur.

[6] Laudatur a Socrate VI, 12, quod Epiphanii decreto contra Origenem subscribere recusarit,

morem dialogorum et veteris eloquentiæ breves commaticosque tractatus [1] edidit. Audio eum et alia scribere.

A διαλόγων καὶ ἀρχαίας φράσεως βραχείας ὁμιλίας ἐξέδωκεν. Ἀκούω τοῦτον καὶ ἄλλα συγγράφειν.

CAPUT CXXXII.

Dexter [2], Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud sæculum et Christi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi.

Δέξτρος, Πακιανοῦ, περὶ οὗ προείρηκα, υἱὸς, λαμπρὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ πίστει ἐκδεδομένος, λέγεται παντοδαπὴν πρὸς μὲ συντεταχέναι ἱστορίαν, ἥντινα οὔπω ἀνέγνων.

CAPUT CXXXIII.

Amphilochius, Iconii episcopus, nuper mihi librum legit de Spiritu sancto [3], quod Deus, et quod [4] adorandus, quodque et omnipotens sit.

Ἀμφιλόχιος, Ἰκονίου ἐπίσκοπος, ὑπόγυόν μοι λόγον ἀνέγνω περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι Θεὸς, καὶ προσκυνητόν ἐστιν, ὅτι τε δὴ παντοκράτωρ.

CAPUT CXXXIV.

Sophronius [5], vir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, et nuper de subversione Serapis [6] insignem librum composuit: de Virginitate quoque ad Eustochium, et Vitam Hilarionis monachi, opuscula mea in Græcum eleganti sermone transtulit [7]: Psalterium quoque et Prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum vertimus.

B Σωφρόνιος, ἀνὴρ εἰς ἄκρον πεπαιδευμένος, τοὺς ἐπαίνους Βηθλεὲμ ἔτι νέος ὢν συνέθηκεν, ὑπόγυον δὲ περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σεραπείου ἐπίσημον συνέθηκε λόγον, καὶ περὶ παρθενίας πρὸς Εὐστόχιον, καὶ τὸν βίον Ἱλαρίωνος μοναχοῦ, τὰ συγγάμματά μου εἰς Ἑλληνικὸν λὸγον εὐφυῶς μετέφρασε, καὶ τὸ Ψαλτήριον δὲ, καὶ τοὺς Προφήτας, οὓς ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἑβραίου εἰς Ῥωμαϊκὸν μετηνέγκαμεν.

CAPUT CXXXV.

**953** Hieronymus [8], patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod, a Gothis eversum [9], Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit, usque in præsentem annum, id est, Theodosii principiis decimum quartum [10], hæc scripsi: Vitam Pauli monachi [11], Epistolarum [12] ad diversos librum unum,

**954** Ἱερώνυμος, υἱὸς Εὐσεβίου, ἀπὸ πολίχνης Στρηδόνος τῆς παρὰ τῶν Γότθων πορθηθείσης, ὅπερ Δαλματίας ἐστὶ καὶ Παννονίας ὅμορον, ἕως τοῦ παρόντος ἐνιαυτοῦ, τουτέστι Θεοδοσίου τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου, τάδε συνέταξα· Τὸν Βίον Παύλου C μυναχοῦ, Ἐπιστολὰς πρὸς διαφόρους ἐν ἑνὶ λόγῳ,

imo ejus memoriam bonis argumentis defenderit. Virtutem ejus pietatemque alii prædicant, e quibus Sozomenus VII, 25, VIII, 14, Nicephorus XII, 45, atque alii.

[1] Tractatus isti penitus disperiisse videantur; nam quæ Theotimi Scythopoleos episcopi fragmenta e Commentariis in Genesim recitat Damascenus in Pararellis, non liquet an nostri hujus sint, an alterius Theotimi, Scythiæ itidem regionis episcopi, sed paulo junioris, cujus est epistola ad Leonem, imperatorem an. 457, data in Actis concilii Chalcedonensis.

[2] Hoc quoque in loco *Pacatiani* pro *Paciani* præferunt quidam mss. Vid. quæ in cap. 106 adnotavimus. Liber Dextri ad Hieronymum *omnimodam historiam* continens genuinus jamdiu intercidit; quem enim sub hujus nomine habemus, confictum eruditi fatentur. Hujusmodi historiæ antiquum exemplar nactus ego sum in Ambrosiana Mediolani bibliotheca; sed de operis germanitate non judico.

[3] Legerit autem an. 381, tempore II œcumenicæ synodi, cum ambo Constantinopoli essent. Nunc liber iste desideratur.

[4] Martian., *quod Deus est, et quod*, etc.

[5] Vix credi potest Sophronius iste, si idem atque operis hujus interpres esset, personam suam plane dissimulare voluisse hoc loco, nullaque interjecta nota, ex amici quidem sensu, tot se laudibus cumulare.

[6] Veronens., absque *Serapis* nomine, *de subversione librum composuit*, quasi ad *Bethlehem* referretur. Serapidis autem simulacrum Alexandriæ Christiani subverterunt circa an. 391, ut colligere est ex Theodosii lege ad Evagrium *titulo de Paganis*. Alii ex Marcellini Chronico, itemque ex Zosimo lib. I, eversum ferunt biennio antea, sive an. 389, Tamasio ac Promoto consulibus. In Theophili synodica contra Origenem epistola, inter Hieronymianas 92 primum a nobis edita num. 3: « Clamitant (Origenistæ) quidquid in nostram (Teophili) invidiam esse credebant, Gentilium contra nos populos concitantes, ea quæ aures infidelium libenter audirent: inter quæ et destructionis Serapii, et aliorum idolorum, » etc. Vide quæ in eum locum adnotamus, et Rufinum lib. XI *Histor.* capp. 23 et 27 seqq.

[7] Nullæ hujus exstant Sophronii versiones, aut scripta. Vide illi inscriptam abs Hieronymo Præfationem Psalterii ex Hebraica veritate. Adde et locum ex Præfatione in Ezram, ubi hanc Sophronii editionem innuit: « Quanto inquit, magis Latini grati esse deberent, quod exsultantem cernerent D Græciam a se aliquid mutuari! »

[8] Integrum nomen est *Sophronius Eusebius Hieronymus*, quemadmodum in uno alteroque Mediolanensi ms. germana ejus scripta continente invenimus.

[9] Inter varias de Hieronymi patria sententias, quæ nobis videatur cæteris præferenda, in S. Doctoris Vita, quam ad postremum ejus operum Tomum distulimus, adductis argumentis ostendemus. Eruditi viri *Strida* oppidum pene dirutum in inferiori Hungaria intra Muram et Dravum fluvios constituunt. Nec ab his longe recedunt, qui ad Saboriam flumen, ut Buno in Geograph. Cluerii, vel qui ad Saboriam itidem noti nominis in Hungarir oppidum proxime collocant. Vastationem Dalmatiæ Pannoniæque a Gothis illatam, Ammianus Marcellinus lib. XXXI, cap. 8, describit.

[10] Respondet, ut sæpe diximus, Christi an. 392.

[11] Ex hac Vita tomum huncce alterum auspicamur.

[12] Eas facile innuit Epistolas, quas cum Antio-

A πρὸς Ἡλιόδωρον Προτρεπτικὸν, Διάλεξιν Λουκιφεριανοῦ καὶ Ὀρθοδόξου, Χρονικὴν παντοδαπῶν ἱστοριῶν· εἰς Ἱερεμίαν καὶ Ἰεζεκιὴλ ὁμιλίας εἰκοσιοκτὼ, ἅς ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ Ὠριγένους εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέφρασα· περὶ Σεραφὶμ, καὶ περὶ τοῦ Ὡσαννὰ, περὶ φειδωλοῦ καὶ ἀσώτου υἱῶν, περὶ τῶν τριῶν Ζητημάτων τοῦ παλαιοῦ νόμου, ὁμιλίας εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ᾀσμάτων δύο, καθ' Ἑλβιδίου περὶ τῆς διηνεκοῦς παρθενίας τῆς ἁγίας Μαρίας, πρὸς Εὐστόχιον περὶ παρθενίας διατηρητέας, πρὸς Μάρκελλαν ἐπιστολῶν λόγον ἕνα, παραμυθικὸν περὶ τοῦ θανάτου τῆς θυγατρὸς πρὸς Παύλαν, εἰς τὴν Ἐπιστολὴν τὴν πρὸς Γαλάτας ὑπομνημάτων λόγους τρεῖς, εἰς τὴν πρὸς Τῖτον λόγον ἕνα, εἰς τὴν πρὸς Φιλήμονα λόγον ἕνα, εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν Ὑπομνήματα, Ζητημάτων Ἑβραϊκῶν εἰς τὴν Γένεσιν
B λόγον ἕνα, περὶ Τόπων λόγον ἕνα, Ὀνομάτων Ἑβραϊκῶν λόγον ἕνα, περὶ Πνεύματος ἁγίου, Διδύμου, ὃν εἰς Ῥωμαϊκὸν μετέβαλον, λόγον ἕνα, εἰς τὸν Λουκᾶν ὁμιλίας εἰκοσιεννέα, εἰς τοὺς Ψαλμοὺς, **955** ἀπὸ δεκάτου ἕως ἑκκαιδεκάτου ὁμιλίας ἑπτὰ, Βίον αἰχμαλώτου μοναχοῦ, Βίον τοῦ μακαρίου Ἱλαρίωνος, τὴν Καινὴν Διαθήκην τῇ Ἑλληνικῇ ἀκριβείᾳ ἐπιστωσάμην, τὴν Παλαιὰν πρὸς τὸ Ἑβραϊκὸν

ad Heliodorum Exhortatoriam [1], Altercationem Luciferiani et Orthodoxi [2], Chronicon omnimodæ historiæ [3]; in Jeremiam et in Ezechiel Homilias Origenis viginti octo [4], quas de Græco in Latinum verti; de Seraphim, de Osanna [5], et de frugi et luxurioso filiis [6]; de tribus Quæstionibus legis veteris [7], homilias in Cantica canticorum duas [8], adversus Helvidium de virginitate Mariæ perpetua [9], ad Eustochium de virginitate servanda [10], ad Marcellam Epistotarum librum unum [11], Consolatoriam de morte filiæ ad Paulam [12], in Epistolam Pauli ad Galatas Commentariorum libros tres [13], item in Epistolam ad Ephesios libros tres, in Epistolam ad Titum librum unum, in Epistolam ad Philemonem librum unum, in Ecclesiasten Commentarios [14], Quæstionum hebraicarum in Genesim librum unum, de Locis librum unum, Hebraicorum Nominum **956** librum unum; de Spiritu sancto Didymi, quem in Latinum transtuli, librum unum [15]; in Lucam homilias triginta novem [16]; in Psalmos, a decimo usque ad decimum sextum, tractactus septem [17]; Malchi [18], captivi monachi, Vitam, et beati Hilarionis. Novum Testamentum Græce fidei reddidi [19], Vetus juxta

chiæ ageret, et in eremo, tum in ipsa peregrinatione ad annum usque 382 ad diversos scripsit, quæ primæ juxta temporum seriem in nostra recensione occurrunt: tametsi aliquas ex iis intercidisse in generali Præfatione ostendimus.

[1] Hæc quoque ex earum Epistolarum est numero, quæ 14 locum in nostra recensione obtinet, circiter annum scripta 373. Seorsim vero ab ipso auctore recensetur, quasi quidam tractatus de solitariæ vitæ laudibus.

C [2] Hanc habes hoc ipso secundo tomo pag. 171. In aliis editionibus epistolæ 59 locum implevit.

[3] Octavum. Deo dante, conficiet nostræ editionis tomum Chronicon istud, quod Hieron. ex Eusebio Latine est interpretatus, et a Vicennalibus Constantini M. ad annum usque 378 de suo produxit.

[4] Universorum Hieronymi operum collectioni has quoque adnectimus Homilias quatuordecim in Jeremiam, totidemque in Ezechiel, ex Origenis Græco Latine a S. Doctore explicatas, quæ hactenus in Origenis operibus tantum editæ sunt.

[5] Vulgati *et Osanna* pro *de*. Sunt autem duæ ad Damasum epistolæ, quarum prima *de Seraphim* anno 381 data, decima octava est in edit. nostra: altera vicesima, biennio post scripta.

[6] Nunc locum obtinet 21 eodem ac superior anno elucubrata.

D [7] Est ad eumdem Damasum trigesima sexta, anno scripta 384. Nam licet *de Quinque Quæstionibus* inscribatur, juxta quam sanctus pontifex postulaverat, tres tamen solum explanat.

[8] Ex Origene in Latinum translatas, eidemque Damaso inscriptas, quas in subsequenti tertio tomo excudemus.

[9] Hunc libellum supra exhibuimus hoc ipso in tomo pag. 205. In aliis editionibus epistolis accensebatur sub num. 35.

[10] Epistola vicesima secunda, cum in nostra, tum in antiquis editionibus.

[11] Puta sexdecim illas, quas continua propemodum serie a num. 23 incipientes, quinque aliis interjectis, priori tomo repræsentamus: scriptas a S. Doctore cum Romæ ageret an. 384.

[12] *De obitu Blesillæ* inscribitur, estque numero 39, data eodem anno.

[13] Hosce in Pauli quatuor Epistolas Commentarios suis locis tomo septimo recensebimus. In Veronensi ms. nomen *Commentariorum* etiam ad *Ephesios* repetitur cum Græco interprete.

[14] Damus tertio tomo quatuor subsequentes libros. Tamen verba *de Locis librum unum*, antiquariorum errore, ut nullus dubito, in Veronensi et Vatic codicibus desiderantur.

[15] Hactenus male in tres dispertitus; quem nos pristinæ integritati restitutum, hoc ipso tomo secundo exhibuimus pag. 105. Didymi Græcus textus intercidit.

[16] Hasce triginta novem Homilias in Lucam, deperdito jam Origenis Græco textu, S. Hieronymi operibus accensebimus suo loco post Commentarios in Matthæum.

[17] Hi septem in psalmos tractatus ut perirent, effecit interpolatoris punienda manus. *Breviarium* enim *in omnes Psalmos*, quod sub Hieronymi nomine habemus, ut supposititium fetum esse, non dubium est; ita omnino par est credere, ex genuinis Hieronymi in quosdam Psalmos Commentariis excerpta huc illucque distracta continere. Vide quæ in generali Præfatione numeris 21 et 22 hac de re fusius disputamus.

[18] *Malchi* nomen mss. quibus utimur, tum vulgati aliquot et Græcus interpres non agnoscunt. Rectius alii *Captivum monachum*, et *Vita beati Hilarionis*, etc. Duo hæc opuscula sub initium hujusce tomi post Pauli Vitam excudimus. Olim inter Epistolas quinquagesimum primum et secundum locum obtinebant.

[19] Quid hoc operis fuerit, ab ipso auctore præstat ediscere in ejus nuncupatione ad Damasum Evangeliis præfixa: « Præsens, inquit, Præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum. Quæ ne multum a lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. » Si eamdem operam cæteris Novi Testamenti libris impendit, quod mihi sane non usque adeo compertum est, ut cum vulgo eruditis valde affirmem; certe, quod a Hieronymi ingenio longe est alienum, ejusmodi Præfatione nulla laboris sui lectionem admonuit.

**Hebraicam transtuli [1]; Epistolarum autem ad Paulam et Eustochium [2], quia quotidie scribuntur, incertus est numerus. Scripsi præterea in Michæam explanationum libros duos, in Sophoniam librum unum [3], in Nahum librum unum, in Habacuc libros duos, in Aggæum librum unum, multaque alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in manibus, et necdum expleta sunt [4]. Adversus Jovinianum libros duos, et ad Pammachium Apologeticum et Epitaphium.**

μετέφρασα. Ἐπιστογῶν δὲ τῶν πρὸς Παῦλαν καὶ Εὐστόχιον ἐπειδὴ καθημέραν γράφονται, ἄδηλος καὶ ὁ ἀριθμός. Ἔγραψα πρὸς ταύτας καὶ εἰς Μιχαίαν λόγους δύο, εἰς τὸν Ναοὺμ λόγον ἕνα, εἰς τὸν Ἀβακοὺκ λόγους δύο, εἰς Σοφονίαν λόγον ἕνα, εἰς Ἀγγαῖον λόλον ἕνα, καὶ πολλὰ ἐκ τοῦ προφητικοῦ ἔργου ἃ νῦν μετὰ χεῖρας ἔχω, καὶ οὐδέπω ἐπληρώθη. Κατὰ Ἰουβινιανοῦ λόγους δύο, πρὸς Παμμάχιον Ἀπολογητικὸν καὶ Ἐπιτάφιον.

[1] **Isthæc vero.** *Vetus juxta Hebraicum transtuli*, in Veronensi ms. non sunt. Nec profecto universum Vetus Testamentum, sed quasdam duntaxat ejus partes per hæc tempora ex Hebræo fuerat interpretatus. Puta Regum libros, ut ex ejus Præfatione liquet: tum Prophetas et Psalterium, ut ex superiore capite de Sophronio; quibus si addideris Jobum quoque, alios tamen nondum attigisse fatendum est. Verum quemadmodum Evangelia *Novum Testamentum* modo appellaverat; sic *Vetus* simpliciter aliquot ejus partes dixit, maxime cum et reliquis eamdem operam impendere in animo constituisset.

[2] Tres modo ad Paulam, nec plures ad Eustochium superant: multæpue adeo interciderint, si quas seorsim iis dedit, putemus innui. Verum opinari licet, eas quoque in hunc censum referendas, quæ plures impendio sunt, et libris ad illas a se inscriptis Præfationis loco præfixit.

[3] In Sophoniam, liber, qui a Græco interprete post Habacuc recensetur, in Vaticano, et et a S. Crucis codicibus ultimo loco ponitur post Aggæum. Sed quo hæc ordine edisseruerit, docet ipse Hieronymus satis luculenter, Præfat. lib. III in Amos: « Non enim, inquit, a primo usque ad novissimum juxta ordinem quo leguntur, sed ut potuimus, et ut rogati sumus, ita eos disseruimus. Nahum, Michæam, Sophoniam et Aggæum primo φιλοπονωτάταις Paulæ ejusque filiæ Eustochio προσεφώνησα. Secundo in Habacuc duos libros Chromatio Aquileiensi episcopo delegavi, » etc.

[4] *Necdum expleta sunt.* Addunt editi libri: « Adversus Jovinianum libros duos, et ad Pammachium Apologeticum et Epitaphium. » In ms. autem codice Cluniacensi legimus: « Item post hunc librum dedicatum, contra Jovinianum hæreticum libros duos, et Apologeticum ad Pammachium. » Post editum itaque librum de Scriptoribns Ecclesiasticis, scripsit Hieronymus adversus Jovinianum uti exploratum nobis est, Præf. Comment. in Jonam: «Triennium, inquit, circiter fluxit, postquam quinque prophetas interpretatus sum, Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum; et alio opere detentus non potui implere quod cœperam: scripsi enim librum *de illustribus Viris, et adversum Jovinianum* duo volumina; *Apologeticum* quoque, » etc.

Ac calcem hujus libri additus est perperam liber Gennadii Massiliensis, quasi supplementum opusculi S. Hieronyni: nos vero, genuina solummodo in hoc tomo retinentes, aliena et supposititia abjecimus in tomum V, ubi Gennadium eddimus ex vetustissimo ms. codice Corbeiensi, nunc Sangermanensi, num 142. Consule igitur volumen ipsum in tomo V nostræ editionis.

Cæterum diversa diversorum exscriptorum additamenta neglexi: quia hæc indigna censeo, quæ typis vulgata prodeant in lucem. MARTIAN.

— In hæc verba *Expleta sunt*, omnes desinunt, quos consuluimus mss. libri, et quos Martianæus: qui tamen adnotat in cod. Cluniacensi, hæc addi: « Item post hunc librum dedicatum, *contra Jovinianum hæreticum* libros duos, » etc., quæ adeo uncinis inclusa ex vulgatis plerisque, et Græco interprete retinemus. At vero nihil dubitamus, ab alia manu fuisse assuta ex his Præfation. Commentariorum in Jonam verbis: « Triennium circiter fluxit, postquam quinque prophetas interpretatus sum, Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniam et Aggæum, et alio opere detentus non potui implere quod cœperam. Scripsi enim librum *de Illustribus Viris*, et *adversum Jovinianum* duo volumina, *Apologeticum* quoque, et *de Optimo genere interpretandi* ad Pammachium, et ad Nepotianum, vel de Nepotiano (scilicet *de Vita Clericorum* et *Epitaphium*) duos libros, et alia, quæ enumerare longum est. »